

<De aduerbio et de interiectione>

F52rb | M106rb

K70vb I208va

V86va

ADVERBIVM EST PARS ORATIONIS INDECLINABILIS, et
quia istud totum adhuc conuenit praepositioni, subiungit CVIVS
5 SIGNIFICATIO ADICITVR VERBIS, id est ad determinationem actus
uel passionis quae significatur in uerbo. Sequitur HOC ENIM
PERFICIT ADVERBIVM, et est ostensio in parte quod significatio
aduerbii uerbis adiciatur. Nam hoc facit ADVERBIVM VERBIS
ADDITIONVM quod faciunt ADIECTIVA NOMINA ADIUNCTA
10 APPELLATIVIS NOMINIBVS, subintelligitur substantiuus. Et est
dicere, sicut adiectiua nomina substantiuus nominibus adiuncta
ipsam substantiam in eis determinant, ita significatio aduerbii
I208vb actionem uel passionem uerbi determinat. Ad hoc enim proprie
inuentum est aduerbium ut actionem uerbi uel passionem
15 determinet.

XV.1 (60.2)

(60.3)

Litteram insiste. Cum enim dicat ADIECTIVA NOMINA
substantiuus NOMINIBVS adiungi, noluit dicere ipsum aduerbium
uerbis adici, sed dixit SIGNIFICATIO CVIVS uerbis adicitur, et est
causa. Nomina enim adiectiua substantiuus coniungi recte
20 concedit, quia cum adiectiua nomina substantiuorum genus et

LP&T 4 Petr. Helias p. 766.15 : Et quia hoc habet commune cum ceteris
indeclinabilibus, adiungit 'cuius significatio uerbis additur', id est, quod ad
hoc fuit inuentum ut uerbis adiciatur, ita ut eorum significatio determinet
significationem uerborum **13** Ad... 15 determinet] Petr. Helias p. 765.10 : Si
queras que fuerit causa inuentionis aduerbiorum, dicimus quod eorum et que
per uerba significantur determinatio **16** Cum... 18 adicitur] Petr. Helias
p. 766.20 : Et uide quod cum dicat adiectiua nomina substantiuus adiungi,
noluit dicere ipsum aduerbium uerbis adici sed dixit, 'cuius significatio uerbis
adicitur'

Prisc. 5 adicitvr uerbis tr. Prisc.

Var. lect. **3** orationis... 4 totum *F K MV*] *om. I* **4** adhuc *I K MV*] *om. F*
6 significatur *I KM*] significantur *F V* **8** adiciatur *I K MV*] accidit *F*
9 adiuuncta *I K MV*] iuncta *F* **10** appellativis *F I M V*] appellatiua *K*
subintelligitur *F K MV*] *om. I* | substantiuus *F I K V*] sub sustantiuis *M* **12** in *I*
K M V] *om. F* | determinant *I K M V*] terminant *F* | aduerbii *I K M V*] aduerbiorum
F **13** actionem *F I*] actum *K M* ut a. *V* **14** actionem *F I K V*] actus *M*
passionem *F I K V*] passiones *M* **16** Litteram *F K M V*] littera *I* **17** adiungi *I*
K M V] iungi *F* **18** dixit *I K M V*] dicit *F* | significatio *cvivs I M V*] tr. *F K*
19 coniungi recte *I K M V*] tr. *F* **20** quia cum *M*] cum *F I V* et *K*

numerum et casum eis adiuncta conseruent, aduerbia uero sic uerbis adiciuntur, ut nec genus nec numerum eorum sibi assumant. Vnde rectius significationem aduerbii quam ipsam aduerbialem uocem uerbis adici dixisse uidetur, cum uoces aduerbiales fere nullam cum uerbis in accidentibus habeant participationem. Tunc enim conuenienter uoces uocibus adici uidentur si communes sui iuris habeant proprietates. 5

Nota quod dixit ‘appellatiuis nominibus’, cum adiectiua nomina priorum nominum substantias | aequae determinent. V86vb
Sed sciendum auctorem hoc non ad differentiam sed ad maiorem huius proportionis similitudinem apposuisse. 10
Comparat enim hic adiectiua nomina aduerbiis, et substantiua nomina uerbis, quae fere semper appellatiua, id est communem actum uel passionem significantia, inueniuntur, ut ‘PRVDENS HOMO PRVDENTER loquitur’. Exemplum ponit de utroque, 15
scilicet quod sicut adiectiuum nomen, id est ‘prudens’, substantiam nominis, ita aduerbium, id est ‘prudenter’, actum uerbi, id est locutionem, determinat.

(60.4)

LP&T 1 aduerbia...3 assumant] Petr. Helias p. 766.23 : Adiectiua uero nomina substantiuorum genus et numerum et casum consimilem seruant
3 significationem...4 uidetur] cfr ND III ad loc. : Sed oportet exprimi ‘adicitur’, quasi ad aliud significandum iungitur. Aduerbium enim non significat uerbum, sed significat rem adiacentem rei uerbi, uel aliquo modo eam respicientem **8** Nota...14 inueniuntur] Petr. Helias p. 766.26 : Et uide rursus quod ait appellatiuis nominibus adiungi adiectiua cum et adiectiua priorum eque nominum determinent substantias. Sed hoc fecit auctor non ad differentiam sed ad maiorem potius huius comparationis similitudinem. Comparat enim hoc in loco adiectiua nomina aduerbiis et substantiua nomina uerbis que fere semper sunt quasi appellatiua, id est, communem actum uel passionem significantia

Var. lect. 1 uero sic *F I*] *om. KMV* **2** uerbis adiciuntur *I KMV*] *tr. F* | *post adiciuntur*] ita *add. M* **3** aduerbii *I KMV*] aduerbiorum *F* | ipsam...4 uocem *I KMV*] ipsas aduerbiales uoces *F* **7** communes *F I KM*] omnes *V* | habeant *F I KV*] habent *M* **8** dixit *F I MV*] dixerat *K* **10** auctorem *F KMV*] auctores *I tr. post hoc non M* **12** Comparat *F I MV*] comparatia *K* **14** ut *F I KV*] *om. M* **16** scilicet *I KMV*] *om. F* **17** nominis *F I KV*] hominis *M*

SVNT IGITVR. Hic incipit distinguere qualiter aduerbia
 uerbis adiciantur, et est tale acsi dicat, quia significatio aduerbii
 uerbis adicitur, igitur adicitur omnibus temporibus uel aliquibus
 tantum, et omnibus modis uel aliquibus tantum, quod
 5 aequipollenter habes ubi dicit SVNT QVAEDAM ADVERBIA QVAE
 CONVENIENTER OMNIBVS SOCIANTVR TEMPORIBVS, VT
 ‘sapienter’ et ‘recte’. SVNT ALIA QVAE NECESSARIO SEPARATIM
 CONIVNGVNTVR EIS temporibus uerborum. Ob hoc NECESSARIO
 SEPARATIM quia ipsa aduerbia non omnia tempora sed
 1209ra separatim tempora significant, ut | ‘hodie’ praesens tempus
 separatim designat, et ideo praesenti tempori in uerbo
 adiungitur, ut ‘hodie facio’. Quod autem supponit QVAMVIS
 VSVS IN EIS praedictis aduerbiis QVOQVE VARIATVR non ad
 omnia in exemplo posita sed ad quaedam de ipsis est
 15 referendum. ‘Heri’ enim praeterito et ‘cras’ futuro tempori
 semper adiungitur. In ceteris uero uariatur usus, quia et ‘hodie
 feci’ et ‘nunc faciam’ et ‘postea intellexi’ et ‘antea intelligam’
 saepe inuenitur, cum ‘hodie’ et ‘nunc’ praesens, ‘antea’
 praeteritum, ‘postea’ futurum tempus proprie significant.

XV.1 (60.6)

20 SVNT aduerbia QVAE CVM modis OMNIBVS uerborum
 APTE SOCIANTVR, VT ‘DILIGENTER’. SVNT QVAE NON OMNIBVS
 MODIS POSSVNT CONIVNGI, VT ‘NE’ aduerbium dehortandi.

XV.2 (60.12)

SED ET ‘NI’ ET ‘NE’. ‘Ne’ dico quando pro ‘neque’
 accipitur. Sic iunge. Dixi ‘ni’ et ‘ne’ esse aduerbia, SED ET ‘NI’

XV.2 (61.13)

Prisc. 13 variatvr] uariat *Prisc.*

Var. lect. 1 qualiter *I KMV*] quare *F* 2 uerbis *F KMV*] uerba *I* | adiciantur *F K*] dicuntur *I* adiciuntur *MV* | tale *F MV*] talis *IK* 3 igitur adicitur *F KMV*] *om. per hom. I* | aliquibus *I KMV*] quibusdam *F* 4 et...tantum² *F M*] *om. per hom. IKV* | aliquibus *M*] quibusdam *F* 5 habes *I KMV*] habemus *F* 8 Ob *FI MV*] ad *K* 9 non omnia *F IMV*] nomina *K* 12 supponit *FI KV*] supponitur *M* 13 praedictis *FI KV*] predictus *M* | variatvr *I*] se uariat *F* seruatvr *KV* seruant *M* 14 exemplo *F KMV*] exemplis *I* | de *FI KV*] ex *M* 16 adiungitur *FI KV*] adiungatur *M* | uariatur *IV*] *om. F* uariantur *KM* 17 et¹ *F KMV*] *om. I* antea *FI MV*] nunc *K* 18 saepe *I KMV*] semper *F* | inuenitur *FI KV*] inueniuntur *M* | antea] et a. *M* 19 postea] et p. *MV* | significant *F I*] significant *KMV* 20 modis omnibvs *I KMV*] *tr. F* 21 omnibvs] in o. *F*

ET 'NE' QVANDO PRO 'NEQVE' ACCIPITVR INTER CONIUNCTIONES
 PLERIQVE POSVERVNT CAUSALES. Quod dicit 'causales' ad 'ni'
 tantum est referendum. 'Ne' enim quando pro 'neque' | M106va
 accipitur, inter copulatiuas computatur. Intellige in his duobus,
 id est 'ni' et 'ne', secundum duplicem uim significationis 5
 duplex esse iudicium. Nam et 'ni' pro 'si non', et 'ne' ualens
 'neque' pro 'non' accipitur. 'Ni' igitur ex ui conditionis et 'ne'
 pro 'neque' ex ui copulationis coniunctionibus annumerantur.
 Ex ui autem negationis inter aduerbia censentur, unde et
 consequenter adiungit QVAMVIS SIGNIFICATIO ABNEGATIVA 10
 ADVERBIIS EA MAGIS APPLICAT.

XV.2 (61.15) QVOD AVTEM ETIAM 'NE' PRO 'NEQVE' PONITVR, VSVS
 APPROBAT. Istud respicit ad hoc quod dixerat 'NE' QVANDO PRO
 'NEQVE' ACCIPITVR.

XV.2 (61.17) 'NI' QVOQVE PRO 'NE' aduerbio dehortandi ACCIPITVR. 15
 Et est capitalis sententia per se ostendens 'ni' diuersas habere
 significationes. 'Quoque' positum est ad continuationem, quasi
 dicat, 'ne' pro 'neque' ponitur, 'ni' quoque pro 'neque'
 accipitur. K71ra

LP&T 2 Quod... 11 applicat] Petr. Helias p. 767.51 : Quod autem dicit
 causales ad 'ni' tantum, ut opinor, referendum est. 'Ne' enim quando pro
 'neque' accipitur inter copulatiuas computatur. Et uide quod in his duobus, id
 est, 'ni' et 'ne' secundum duplicem uim significationis duplex est iudicium.
 Nam et 'ni' pro 'si non' et 'ne' ualens quantum 'neque' accipitur pro 'non'.
 'Ni' ergo ex ui conditionis et 'ne' positum pro 'neque' ex ui copulationis
 coniunctionibus connumeratur. Ex ui autem negationis inter aduerbia
 censentur, unde consequenter etiam adiunxit, 'quamuis significatio abnegatiua
 aduerbiis ea magis applicat'

Var. lect. 1 accipitvr *F I KV*] accipiuntur *M 2* causales *I K MV*] casuales *F*
 causales *I KV*] casuales *F* causalis *M* quantum *add. M 3* tantum *I KV*] *tr. post*
 referendum *F om. M* | est *F K MV*] esse *I 6* esse *I K MV*] est *F* | et¹ *I K MV*]
om. F | si non *I K*] sine *F V* 'siue' uel 'etsi non' *M* | ualens *I K MV*] pro *F*
7 non *I K MV*] et non *F* | Ni *F I KM*] nisi *V* | igitur *F MV*] *om. I* ergo *K* | et *F I*
KV] *om. M 8* annumerantur *F KM*] annumeratur *I* adnumerantur *V*
10 adiungit *F I KV*] adiungitur *M 11* ea magis *KV*] eam *m. I tr. FM* | applicat
I KV] explicat *F* applicet *M 12* etiam *F I M*] et *KV* | ante vsvs] omnium *add.*
M 15 ante Ni] sequitur *add. FM 16* per *I K MV*] pro *F 18* ne *F K MV*] *om.*
I | ponitur *F I KV*] positum *M* | neque² *I KM*] ne *F V*

- I209rb QVOD ETIAM DONATVS. Istud etiam per subintellectum
argumentat, | ut si dicat, sententia satis ostendit ‘ni’ pro ‘ne’
accipi in supradicto uersu, Donatus hoc etiam confirmat dicens
‘NI’ PRO ‘NE’ accipitur. Sequitur SIC POSVERVNT VETERES, et
5 sunt uerba Donati.
- ‘NON’ VERO IMPERATIVO PROPRIE ADIVNGI NON POTEST. XV.3 (61.21)
Iungi non remouet, sed proprie iungi non concedit. INDICATIVO
sociatur ‘non’, ut ‘NON EVERTIT’, SVBIVNCTIVO, ut ‘non
POSSIM’.
- 10 ET VERBVM QUIDEM. Quia dixerat significationem
aduerbii uerbis adici, intelligeret aliquis hoc esse ex nimio
defectu uerbi, nec uerbum posse significare absque auxilio et
comitatu aduerbii. Quod auctor remouet dicens ET VERBVM
QUIDEM etc. QVOD VIM VERBI POSSIDET, istud positum est ad
15 causae redditionem quare dixit VEL PARTICIPIO.
- QVAMVIS ENIM. A maiori ostendit aduerbia sine uerbis XV.4 (62.18)
perfectam non habere sententiam. Nam etiam si per se
F52va proferantur | aduerbia, ita ut perfectam sententiam faciant,
tamen hoc non est sine uerbis, quia NECESSE EST EA aduerbia
V87ra VEL | REFERRI AD uerba ANTE DICTA AB ALIA PERSONA, VT SI
QVIS interroget ‘EST BONA SVPERBIA ?’ et respondeatur ‘NON !’,
istud ‘non’ ad ante dictum uerbum refertur, VEL DICI PER
ECLIPSIM et subaudiri uerbum, VT SI ALIQVO RECITANTE dixerim

Fontes 8 non evertit] Verg. Aen. 2, 601 sq.

Var. lect. 1 Donatvs *F KMV*] amatus *I* 2 argumentat *M*] augmentat *F*
augmentatur *IKV* 3 in...4 accipitur *F IMV*] *om. K* | uersu *F MV*] usu *I* | hoc
etiam *F I*] *tr. MV* 5 sunt *F M*] est inter *I* inter *KV* 6 adivngi *IKMV*] iungi *F*
post potest] proprie *add. K* 7 Iungi...remouet *F KMV*] n. r. i. *I* 8 sociatur *I*
KMV] sociant *F* | evertit *F IKV*] euenit *M* 9 possim *F IMV*] possum *K*
16 maiori *F IKV*] minori *M* 17 habere *F IKV*] habet *M* | etiam si *F M*] etsi *I*
KV | per...18 proferantur *F IK*] *tr. MV* 18 perfectam] *iter. F* | sententiam
faciant *IKMV*] *tr. F* 20 vel *IKV*] non legitur *F om. M* 21 et *F IM*] *om. K*
respondeatur *F IKV*] respondetur *M* 22 *post* refertur] est *add. F* | dici *F IV*] *om. K*
dicitur *KM* 23 et...6,2 eclipsim *IKMV*] *om. per hom. F* | subaudiri *IV*] *om. K*
subauditur *KM*

- (62.24) 'BENE !' 'DISERTE !', SVBAVDITVR ENIM 'DICIS'. PER HANC FIGVRAM dicit, id est per eclipsim.
- XV.4 (62.27) ET SCIENDVM. Istud ponit ideo quod dixerat SINE VERBO VEL PARTICIPIO. Vere APTISSIME, NAM QUID EST ALIVD PARTICIPIVM NISI VERBVM CASVALE, quasi dicat, participium in nullo differt a uerbo nisi in hoc tantum quod casum habet et genus, quod genus casum sequitur, scilicet genus secundum articulos, ut 'BENE LEGO', 'BENE LEGENS' exemplum est ita apte aduerbium iungi participio sicut et uerbo. | 5 1209va
- XV.4 (63.2) QVOD SI ALIVD VERBVM. Istud 'quod' illatiuum est hoc modo. Quia participium nihil aliud est quam uerbum casuale, igitur si aliud uerbum supponas uerbo, ut 'LEGO ET DISCO', idem significat participium supposito uerbo adiunctum, ut 'legens disco', SED HOC INTEREST etc. 10
- XV.5 (63.6) ACCIDIT AVTEM ADVERBIO. Tractata diffinitione aduerbii et qualiter aduerbia uerbis adiciantur ostenso, necnon quae male intelligi possent distractis, ostendit accidentia aduerbii. 15
- XV.5 (63.8) DERIVATIVA VERO est QVAE non a se, sed AB ALIIS dictionibus NASCITVR, VT 'CLANCVLVM' a 'clam', 'DOCTE' A 'DOCTO', 'DVCTIM' A 'DVCTV' quod aequipollet illi Graeco. 20
- XV.5 (63.10) DERIVATIVA IGITVR. A praemissis in exemplo infert quia a 'clam' 'clanculum' et a 'docto' 'docte' deriuatur, IGITVR DERIVATIVA ADVERBIA VEL AB ALIIS etc.

LP&T 2 per eclipsim] Petr. Helias p. 768.87 : Possunt etiam aduerbia per eclipsim dici ut si, recitante aliquo, dicam, 'Bene', subintelligitur, 'dicit'

Prisc. 12 disco] edisco *Prisc.*

Var. lect. 1 diserte *I KV*] discrete *M 2* id est *I*] *om. KMV 3* ponit ideo *I*] *om. F* ponit *KMV 5* uerbum casuale *I K*] *tr. F V* causale u. *M 6* casum *I KMV*] casus *F 7* genus² *I KMV*] eius *F 9* aduerbium iungi *I KMV*] *tr. F* sicut et *F I M*] factum ex *KV 11* quam *F I M V*] nisi *K 12* disco *F KMV*] edisco *I 14* disco *F KMV*] edisco *I 16* adiciantur] a. et *M 17* intelligi possent *I KMV*] possunt i. *F |* distractis *I KM*] destructis *F V 20* dvctim... dvctv *I KMV*] *om. F |* quod...21 infert *F I KV*] *om. M 22* a¹ *I KMV*] *om. F* et *I KMV*] *om. F |* igitvr *F KMV*] ergo *I*

	A ‘TVLLIVS’ TVLLIANE per medium deriuatur. Nam a ‘Tullio’ ‘Tullianus’ et inde ‘Tulliane’ aduerbium nascitur.	XV.5 (63.12)
	‘STATIM’ a ‘STATVS’ participiali nomine deriuatur. Vnde qui ‘statim’ paenultima producta in metris apponunt contra 5 regulam fecisse arguuntur. Omnia enim quaecumque a uerbo ‘sto, stas’ deriuata fuerint corripunt ‘a’, excipitur ‘statim’ uel nomen ‘staturus, statura, staturum’.	(63.13)
	‘SINGVLTIM’ a uerbo ‘SINGVLTIO’.	(63.14)
M106vb	‘TRACTIM’ a participio ‘TRACTVS’.	(63.16)
10	EST QVANDO. Dixi aduerbia a nominibus deriuari, EST etiam QVANDO TERMINATIO DIUERSORVM CASVVM NOMINVM CONSTRVCTIONEM ADVERBIALEM SVSCIPIENS LOCO ADVERBIORVM suscipitur, ut ‘multum’, ‘primum’, ‘sublime’. Isti nominatiui uel accusatiui et ‘una’ ablatius iste loco 15 aduerbiorum accipiuntur.	XV.5 (63.21)
	NEQVE ENIM. Ideo dixi LOCO ADVERBIORVM quia NEQVE EA INDVBITANTER etc.	(64.4)
I209vb		XV.6 (64.11)

LP&T 3 Statim...7 staturum] Petr. Helias p. 770.25 : Et uide quod ‘statim’ deriuatur a ‘statu’, quod est nomen participiale, unde qui ‘statim’ penultima producta ponunt in metris contra regulam facere uidentur. Omnia enim quecumque a uerbo ‘sto stas’ deriuantur corripunt ‘a’, excepto ‘staturus rorum’ et ‘stamen’. Hanc enim regulam longe retro dedit Priscianus. Quare, cum ‘statim’, mediante participiali nomine, a ‘sto stas’ uerbo deriuatur, debet corripere ‘a’ sed quoniam in Stacio producta inuenitur dicimus illam Prisciani regulam de solis datam esse declinabilibus ut ‘statim’ penultima producta semper debeat poni **16** Ideo dixi] cfr ND III ad loc. : dixi praedicta non esse aduerbia, sed ‘accipi loco aduerbiorum’, et merito, quia dubitanter dico illa esse aduerbia

Var. lect. 2 Tulliane aduerbium *F KMV*] *tr. I* | nascitur *F M*] dicitur *I KV*
3 statvs *F M*] statu *I KV* **5** arguuntur *I KMV*] uidentur *F* | uerbo *F I MV*] *om. K* **6** statim uel *M*] statim et *F om. I KV* **7** nomen... staturum *I KMV*] staturus rorum et statura nomen *F* **8** singvltio *F I KV*] singulto *M* **10** Est *F I MV*] est etiam *K* | est... **11** etiam *F I K*] et est *M* et est etiam *V* **13** multum *I KMV*] in ultra *F* | primum *F I MV*] prime *K* **14** Isti... accusatiui *I KM*] *om. F* isti nominatiui *V* **16** Neque enim *I*] *om. F KMV* | Ideo *F I MV*] idem *K*

(64.14) | (64.16)

(65.7) | (65.9)

XVI.7 (65.12)

XV.7 (65.14)

‘FORS’ pro ‘forsitan’, ‘RECENS’ pro ‘recenter’ loco aduerbiorum accipiuntur. ‘FORTE’ pro ‘fortuito’, ‘ALTERNIS’ pro ‘alternatim’ posuit Virgilius in *Bucolico* loco aduerbiorum.

SIC IGITVR. Quia CVM LOCO ADVERBIORVM ACCIPIVNTVR, MANENT INDECLINABILIA, IGITVR SIC, id est per modum illum quia manent indeclinabilia, DISCERNAS omnia NOMINA VIM ADVERBIORVM RECIPIENTIA VEL NON recipientia.

ET PRIMITIVA QUIDEM. Dixerat, quoniam species aduerbiorum alia est primitiua, alia deriuatiua, et de primitiuis aduerbiis, quasi dicat, non est tractandum quantum ad natiuitatem eorum, quia VNIFORMIA SVNT, id est unumquodque separatim suam formam habet, quippe non ab aliis sed a se nascuntur, et ideo non POSSVNT ACCIPERE REGVLAM natiuitatis A SIMILITVDINE, VEL si uis dicere COLLATIONEM ALIORVM, quasi dicat, quia non sunt similia aliis in natiuitate, unumquodque enim a se nascitur, ideo non possunt accipere

Fontes 3 Virgilius] Verg. ecl. 3, 59

LP&T 2 alternis... 3 alternatim] Petr. Helias p. 772.68 : ‘Alternis’, inquit, id est, ‘alternatim’ 8 Dixerat... 9,2 similitudo] Petr. Helias p. 772.76 : Illud quoque adiungit quod aduerbia primitiua uniformia sunt, id est, unumquodque suam formam habet separatim quoniam non ab aliis sed a se nascuntur. Ideo que nullam, inquit, regulam a similitudine uel collatione aliorum possunt accipere, quasi diceret: Quoniam non sunt aliis in natiuitate similia, unumquodque primitiuum aduerbium a se nascitur; ideo non possunt regulam natiuitatis a similitudine, siue mauis dicere, collatione aliorum accipere, quoniam regula semper similitudinem eiusdem proprietatis inter diuersa continet 15 non... natiuitate] cfr ND III ad loc. : In hoc enim, sicut subsequenter innuit, uocat ea ‘uniformia’ quod omnia in hoc conueniunt quod non habent aliquam unam formationem natiuitatis, cum omnia, utpote primitiua, diuersas habeant formas etc.

Prisc. 14 collationem] collatione *Prisc.*

Var. lect. 1 loco... 2 accipiuntur *F M*] uirgilius accipit loco aduerbiorum *I* uirgilius in bucolicis loco aduerbiorum accipiuntur *K* uirgilius in bucolicis loco aduerbiorum accipit *V* 4 Quia *I K MV*] *om. F* 5 sic... 6 indeclinabilia *I K MV*] *om. F* 7 post vim] sic id est illum quia manent indeclinabilia aduerbiorum nomina dico *add. F* 11 quia] quia et *I* 12 formam habet *I K MV*] *tr. F* 14 si *F I KV*] si magis *M* | collationem *I K*] collectionem *F V* collocationem *M* 15 quia *F I KV*] quod *M* | in natiuitate *F K MV*] *om. I* 16 non possunt *I K MV*] *om. F*

regulam natiuitatis, quia regula nihil aliud est quam eiusdem proprietatis inter diuersa similitudo.

K71rb DERIVATIVA VERO COLLATIONE, id est similitudine
 5 natiuitatis adhibita inter se. Quomodo enim a ‘docto’ ‘docte’, |
 ‘o’ in ‘e’ longam conuersa, nascitur, sic a ‘pulchro’ ‘pulchre’
 plerumque possunt accipere rationem, id est conuenientiam,
 regulae suae natiuitatis, et hoc pro similitudine terminationum,
 id est quia a primitiuis suis in similes terminationes deriuantur.
 Et bene dixi ‘pro similitudine terminationum’, QVAE, id est
 10 quia, ipsa SVB ALIQUA CERTA, id est distincta, FORMA
 V87rb PROFERVNTVR, | alia scilicet in ‘e’, alia in ‘es’, alia in ‘er’. Vbi
 dicit ‘sub multorum’ conuenientiam ostendit.

XV.7 (65.16)

‘PLERVMQVE’ AVTEM DIXIMVS PROPTER EXCEPTA VEL
 ANOMALA. ‘BENE’ et ‘MALE’ excepta uocat, quia a sequenti
 15 regula excipientur. ‘DVRITER’ uero anomale deriuatur, ut in
 I210ra sequentibus inuenies. |

XV.7 (65.18)

ERGO PER SINGVLAS TERMINATIONES. Quia possunt
 accipere rationem regulae, ergo per singulas etc.

XV.7 (65.19)

20 ‘A’ IGITVR TERMINANTIA. Quia necessarium, id est utile,
 est formas eorum inspicere per singulas terminationes, igitur per
 terminationem ‘a’ de primitiuis adiungit, non ut ostendat
 natiuitatem eorum, quippe a nullis nisi de seipsis nascuntur, sed
 ad aliam proprietatem ostendendam de ipsis.

XV.8 (65.21)

LP&T 14 Bene... 16 inuenies] Petr. Helias p. 773.92 : Vide ergo quod bene uocat excepta, que a regula deriuatiuorum a nominibus secunde declinationis in sequentibus excepturus est. ‘Duriter’ uero anomale, id est, irregulariter deriuatur, ut in sequentibus inuenies

Var. lect. 1 quia *F K M V*] quod *I* | est quam *F I K*] a. q. e. *M e. a. q. V* eiusdem *F I M V*] eius *K* **3** uero *I K M V*] *om. F* | collatione *F I K M*] collectione *V* **5** longam *F I M V*] longa *K* **6** rationem *F I K V*] ratione *M* conuenientiam *F I K V*] conuenientia *M* **7** pro similitudine *F I M V*] per similitudinem *K* **8** similes terminationes *F I K V*] similitudine terminationis *M* **9** pro similitudine *F I M*] per similitudinem *K V* **10** distincta *F M V*] discreta *I* de instructa *K* **12** conuenientiam *F I M V*] conuenientia *K* **14** a] uel in *M^{s.l}* **16** sequentibus *F I M V*] consequentibus *K* **18** rationem regulae *K V*] *tr. F* positionem *r. I* regule ratione *M* **20** est] *tr. post* necessarium *F* **21** terminationem *I K M V*] deriuationem *F* | non ut *F I M*] *tr. K* ut *V* **22** de *I M*] a *F K V* **23** *post* aliam] eius *add. F* | ipsis] se *i. F*

- XV.8 (65.25) QVAE OMNIA PRODVCVNT ‘A’ TERMINALEM. Si quis ergo ‘postea’ finali correpta inueniat, duas esse partes intelligat. ‘Antea’ uero, quia duae partes esse non possunt, finali correpta poni non potest.
- XV.8 (66.4) ET SCIENDVM. Quia dixerat ablatiuos nominum poni pro aduerbiis, dat regulam in quibus casibus pro quibus aduerbiis nomina ponantur, PROPRIA NOMINA CIVITATVM SI SINT PRIMAE VEL SECVNDAE DECLINATIONIS ABLATIVO, id est per ablatiuum casum, ACCIPIVNTVR PRO ADVERBIO DE LOCO VEL PER LOCVM. Si TERTIAE SINT declinationis, ABLATIVO accipiuntur PRO ADVERBIO TAM DE LOCO QVAM IN LOCO VEL PER LOCVM.
- XV.9 (66.12) INVENIVNTVR TAMEN. Quasi dicat, licet propria nomina ciuitatum sine praepositione aduerbialiter posuerim, TAMEN INVENIVNTVR etc.
- XV.9 (67.4) INVENIVNTVR TAMEN ETIAM QVAEDAM APPELLATIVA. Quamuis dixerim propria nomina ciuitatum loco aduerbiorum PONI, TAMEN INVENIVNTVR etc.
- XV.9 (67.7) IN ‘E’ CORREPTAM VEL PRIMITIVA SVNT, VT ‘PAENE’, ‘NE’. Istud ‘ne’ aduerbium interrogandi pro ‘an’ uel affirmandi pro ‘certe’ esse intellige. ‘Ne’ enim delhortatiuum producitur.
- XV.10 (67.11) QVAE OMNIA supradicta composita ANTEPAENVLTIMAM HABENT ACVTAM VEL QVIA PER ADIECTIONEM HABENT ‘DE’ finalem et ideo primae syllabae naturalem retinuerunt accentum. VEL quod uerius est composita sunt ex praepositionibus positis

LP&T 1 Si...4 potest] Petr. Helias p. 774.32 : Si quis ergo ‘postea’, finali correpta, inueniat, necesse est duas esse partes intelligat. ‘Antea’ uero finali correpta non potest poni cum due partes esse nequeat **12** licet... 13 posuerim] cfr ND III ad loc. : Quod dicit, licet modo in usu modernorum ita ponatur aduerbialiter, tamen solebant eis addi praepositionibus | sicut et aliis rebus, et ita nulla erat ibi mentio aduerbialis significationis **19** Istud...20 intellige] cfr ND III ad loc. : n illa significatione quae interrogatiuum est habet ‘e’ breuem, et similiter in illa qua pro ‘certe’ acc

Var. lect. 7 nomina ponantur *I KV*] nomina ponuntur *F tr. M* **10** Si] et si *M* Si... 11 locvm *I KM*] *om. per hom. F V* **12** Invenivntvr...14 etc] | Quasi... 15 tamen] *om. per hom. F* **15** Invenivntvr... 17 etc *F KMV*] *om. per hom. I* **20** producitur *F I KV*] *om. M* **21** antepaenvltimam...22 habent¹ *I KMV*] *tr. F* **22** habent¹ *F I KV*] habet *M* **23** naturalem *F KMV*] naturaliter *I*

I210rb in principio, scilicet ‘de’, ‘sub’, ‘per’, ‘ex’, et ideo | in his
 praepositionibus ACVTVM ASSVMPSEVNT ACCENTVM, ut illae
 praepositiones ostendantur esse coniunctae eis in compositione.
 PRAEPOSITIONES enim separate praepositae GRAVANTVR, ita IN
 5 HIS ACVTVM ASSVMPSEVNT ACCENTVM, VT CONIUNCTAE ESSE
 OSTENDANTVR QVOMODO ‘SI’ ista CONIUNCTIO ET ‘NE’
 ADVERBIVM componuntur huic adverbio quando acutum
 assumunt accentum, ut coniunctae ostendantur, VT ‘SIQVANDO’,
 ‘NEQVANDO’ antepaenultimam acuunt syllabam. Bene dixi de
 10 ‘siquando’ uel ‘nequando’ tantum, NAM ‘ALIQVANDO’ non ideo
 acuit antepaenultimam ut compositum esse ostendatur, sed
 CAUSA DIFFERENTIAE, scilicet ut differat AB ‘ALIQVANTO’ cui
 CONSIMILEM SONVM uidetur HABERE, quia ‘d’ et ‘t’ magnam
 inter se habent affinitatem.

15 IN ‘E’ CORREPTAM VEL PRIMITIVA SVNT VEL
 F52vb DERIVATA, ut a ‘RITO, ritas’, quod secundum analogiam
 dicitur, quia INDE ‘IRRITO’, ‘RITE’.

XV.10 (67.19)

QVAMVIS ‘FACILE’. Dixi ‘facile’ et ‘sublime’ et ‘forte’
 pro aduerbiis poni, QVAMVIS etc., quasi dicat, sicut ‘facile’ et
 20 ‘sublime’ sunt nomina, licet pro aduerbiis ponantur, sic ‘sponte’
 et ‘mane’ OSTENDUNTUR ESSE NOMINA CONIUNCTIONE ALIORVM
 CASVALIVM, cum dicimus ‘sponte sua’, ‘mane primo’.

XV.10 (68.5)

SVNT ETIAM COMPOSITA. Hic primum in loco suo de
 compositis in ‘e’ correptam desinentibus tractat. Quod enim
 25 superius ‘exinde’ ‘subinde’ posuit, causa similitudinis fecit, nec

XV.10 (68.7)

Var. lect. 2 acvtvm...accentvm *IKMV*] *tr. F* 5 acvtvm...accentvm *IKV*] *tr. F*
 a. seruauerunt a. *M* 6 ostendantvr *IKMV*] uideantur *F* | qvomodo... 8 vt]
in marg. inf. F 9 antepaenultimam...syllabam *FKM*] antepenultima sillaba
 acuuntur *I a. s. ac. V* | dixi *IKMV*] dico *F* 10 siquando *IKMV*] quando *F*
 nam] nam si *F* 11 antepaenultimam *IKMV*] penultimam *F* | ostendatur *IKMV*]
 uideantur *F* 13 consimilem *IKMV*] similem *F* | uidetur *FIKV*]
 uidentur *M* | quia...t *FIMV*] quasi dicat *lac. K* 14 post affinitatem] ut
 auctoritas secundum analogiam dicitur *add. M* 16 ut...ritas *FIM*] ut rito
 ritas *F* ut auctoritas *K* ut auctoritate *M* ut a rito *V* | quod... analogiam *FIKV*]
om. M 19 ante quasi] sic etiam sponte *add. F* sic et sponte sua *add. M*
 22 casvalivm *FM*] casuum *IKV* 24 correptam *FM*] correpta *IKV*
 desinentibus *FIKV*] terminantibus *M* 25 exinde... posuit *FMV*] exemplum
 exposuit *I* | fecit] hoc f. *FM*

etiam ibi de omnibus compositis aduerbiis in ‘e’ correptam desinentibus fuit locutus.

- XV.10 (68.12) ‘VTPOTE’ QVOQVE COMPOSITVM EST AB ‘ut’ ADVERBIO ET ‘pote’ NOMINE. Pote enim neutrum a masculino ‘POTIS’ NASCITVR. VNDE quia ‘pote’ nomen est, PERSIVS dixit ‘QVI POTE’, ID EST ‘QVOMODO est POSSIBILE’. 5
- XV.11 (68.19) IN ‘E’ PRODVCTA PRIMITIVA NON INVENI. Attende pluralem | numerum recte esse compositum. Vnum enim primitium tantum inuenitur in ‘e’ productam, scilicet ‘ne’ dehortatium, ut Virgilius ‘tu ne cede malis’. 1210va
10
- XV.11 (68.23) EXCIPIVNTVR ‘BENE’ ET ‘MALE’. Causam exceptionis supponit IN ‘E’ BREVEM DESINENTIA.
- XV.11 (68.24) MVLTA AVTEM EX SVPRADICTIS NOMINIBVS non positis in exemplo, scilicet tale est acsi dicat, multa autem ex nominibus secundae declinationis etc. 15
- XV.11 (69.7) ET SAEPE CORRIPIVNT ‘O’ TERMINALEM. Proprietas est quadam determinatione datiui quando pro aduerbiis ponitur. | K71va
- XV.12 (69.18) ‘NECESSARIO’ DICITVR ET ‘NECESSE’ in eadem significatione, sed in hoc differunt quia ‘NECESSE’ EGET tertia

Fontes 5 qvi...6 pote] Pers. sat. 1, 56 10 tu...malis] Verg. Aen. 6, 95

LP&T 7 Attende... 10 malis] Petr. Helias p. 781.2 : Bene autem ait pluraliter ‘primitiua’. Unum enim primitium solum in ‘e’ productam inuenitur, scilicet, ‘ne’ dehortatium ut apud Virgilium, ‘Tu ne cede malis’ 19 sed... 13.2 primitium] Petr. Helias p. 782.15 : Sed differunt in hoc quod ‘necesse’ eget tertia persona uerbi substantiui. ‘Necessario’ autem quibuslibet uerbis potest adiungi. Et dicunt plerique quod ‘necesse’ est aduerbium primitium et uidetur dictum a nomine quod est ‘necessarium’. Michi tamen magis uidetur quod ‘necesse’ nomen est indeclinabile...

Var. lect. 1 etiam ibi *IKM*] *tr. F* etiam *V* | correptam *FMV*] *om. I* correpta *K* 4 nomine *FKMV*] nomen *I* | Pote enim *FMV*] quod nomen *I* in te enim *K* 5 pote *FIKV*] poete *M* | est *IKV*] *om. FM* | dixit *FIKV*] dicit *M* 6 pote *FIKV*] poete *M* 8 enim *FIKM*] esse *V* 9 primitium tantum *FI MV*] *tr. K* inuenitur *FIKV*] inueni *M* 11 bene...male *IKMV*] *tr. F* 12 supponit *IKMV*] exposuit *F* 13 Mvlta *FI MV*] multi *K* | Mvlta avtem] *iter. I* svpradictis... 14 ex *FI MV*] *om. per hom. K* 14 dicat *FI*] diceret *MV* | autem *IKMV*] *om. F* 17 quadam *KMV*] quedam *FI* | determinatione *FKMV*] determinationem *I* | ponitur *FKMV*] ponuntur *I* 18 necesse] n. est *K*

persona uerbi substantiui, ‘necessario’ uero quibuslibet uerbis potest adiungi. ‘Necesse’ est aduerbium primitiuum.

V87va SVNT TAMEN. Quamuis dixerim nomina secundae declinationis uel fieri aduerbia, ‘o’ datiui in ‘e’ producta conuersa, | uel poni pro aduerbiis eadem terminatione datiui manente, SVNT TAMEN ETC. XV.12 (69.19)

QVOD AVTEM ETIAM ‘PRIME’ DICITVR, quasi dicat, non tantum ‘primum’ uel ‘primo’ dicitur, sed etiam ‘prime’ aduerbialiter. XV.12 (69.24)

10 ‘PARVM’ PRO ‘PARVVM’ dicit quia in aduerbio ‘parum’ ‘u’ syncopatur. ‘Paruum’ enim recte diceretur. XV.12 (69.28)

EXCIPIVNTVR A ‘DVRO’, ‘DVRE’ ET ‘DVRITER’. Quantum ad ‘duriter’ fit exceptio a regula superiori, quae dicebat, deriuatiua a nominibus secundae declinationis fiunt a datiuo, ‘o’ 15 finali in ‘e’ longam conuersa, et uocantur anomala ‘duriter’ et similia, quia inaequalem habent declinationem. XV.13 (70.4)

I210va DICITVR ETIAM ‘ABVNDE’ AB ‘ABVNDQ’ | ET XV.13 (71.5)
M107rb ‘ABUNDANTER’ AB ‘ABVNDANS’. Hoc idcirco apponit ne quis
20 ‘abundanter’ | ab ‘abundo’ anomale deriuatum esse putaret, et ideo in exceptione anomalorum ponere uellet.

SCIENDVM TAMEN. Dixit aduerbia a nominibus deriuari, inter quae posuit ‘sane’ et ‘fere’, quae significationem suorum primitiuorum minime retinere uidentur, ad quod subiungit, licet dixerim aduerbia a nominibus deriuari, tamen sciendum etc., ut XV.14 (71.6)

LP&T 11 syncopatur] cfr ND III ad loc. : Syncopatum est enim ‘parum’ de ‘paruum’ etc. **16** inaequalem... declinationem] Petr. Helias p. 783.40 : Illa enim inaequalem habent deriuationem **18** Hoc...20 uellet] Petr. Helias p. 783.47 : Que ideo apponit ne quis ‘habundanter’ ab ‘habundo’ anomale deriuatum esse putaret et ideo in exceptione anomalorum ponere uellet

Var. lect. **7** etiam *IFMV* et *K* **8** etiam *FKMV* et *I* **10** paruum *FIKV* aruum *M* **12** Quantum] quia q. *K* **13** superiori *IKMV* supradicta *F* **14** declinationis *FMV*] *om. IK* **17** Dicitur...abvnde] *iter. I* **18** ab *IKMV* et *F* | idcirco *IFKV*] ideo *M* | apponit *IKMV*] apponitur *F* **19** et...20 ideo *FIKV*] non *M* **22** quae¹ *IKMV*] *om. F* **24** post deriuari] inter quae posuit ‘sane’ et ‘fere’, quae significationem suorum primitiuorum minime retinere uidentur *perperam iter. M*

a 'ferus' nomine deriuatur 'fere' aduerbium. 'Ferus' hic accipitur nomen fixum et est nomen inmansuetorum animalium, ut siluestris porcus 'ferus' uel 'fera' uocatur, dictus ita quia toto corpore fertur.

- XV.14 (71.8) Ideo dixi NON PLANE QVIA POTEST ESSE ALIQVA RATIO, 5
id est aliquis respectus, ut significatione sui primitiui seruare uideantur, VT 'FERAE' DICVNTVR SILVESTRIA ANIMALIA, QVAE, id est quia, ipsa toto FERVNTVR CORPORE, CVM QVATVOR PEDIBVS VTANTVR. ERGO 'FERE' aduerbium recte dicitur PRO 'IVXTA', quia feris quae quatuor pedibus feruntur propter 10
celeritatem OMNIA SVNT IVXTA.
- XV.14 (71.13) 'SENSIM' PRO 'PAVLATIM' a 'sensu' deriuatur, QVIA EA
MAXIME SENSVM FACIUNT, QVAE MORANTVR et paulatim recedunt, ut febris si moretur sentire facit calorem.
- XV.14 (71.17) MERIDIE QVOQVE. Istud propter similitudinem 15
terminationis et productionis cum regularibus apponit.
- XV.15 (72.20) NE DVAE PARTES ESSE DIVISAE PVTENTVR. Hoc de
'siquando' et 'nequando' dictum esse intellige. Sequitur VEL DIFFERENTIAE CAUSA, et est ad 'aliquando' referendum.
- XV.15 (72.21) Vere 'CITRO' dicitur quia inde est quod in orationibus 20
saepe inuenimus 'ultra citroque'. | 1211ra
- XV.16 (72.23) AB 'IN' QVOQVE 'INTRA' ET 'INTRO', 'intra' per simile
adiungit.

LP&T 3 dictus...4 fertur] Petr. Helias p. 784.66 : Fere namque dicuntur quod toto corpore feruntur et sunt magne celeritatis

Var. lect. 1 fere aduerbium *FIMV*] *tr. K* | Ferus...2 animalium *FIKV*] *om. M* 2 fixum *IKV*] suum *F* 3 siluestris *FIKV*] siluestres *M* | ferus *IKM*] *om. F* uel ferus *V* | dictus...4 fertur *FIKV*] *om. M* | toto...4 fertur *V*] t. c. feratur *I* f. t. c. *F* t. c. *lac. K* 5 Ideo *FIKV*] iam *M* | dixi *FIKM*] dixit *V* 6 id est *FIKV*] uel *M* 8 toto...corpore *IK*] t. c. f. *F* t. *lac. c. K* tota f. c. *M* f. t. c. *V* 9 vtantvr *IKMV*] *om. F* 10 propter...11 celeritatem *FIKV*] pro celeritate *M* 11 svnt ivxta *IKMV*] *tr. F* 12 Sensim *FKV*] uensum *I* sensum *M* 14 ut *FIKV*] unde *M* | moretur *FIMV*] moratur *K* 17 Ne...partes] *iter. I* | esse... pvtentvr *FK*] e. p. d. *IV* d. e. p. *M* 18 esse *FIKV*] *om. M* 19 ad... referendum *IKMV*] *tr. F* 20 quod *IKMV*] *om. F* 22 intra¹ *FK*] inter *IV* et intra *M* | intra² *FIK*] inter *IV* *om. M* | simile *KMV*] similitudinem *I*

SVNT ETIAM COMPOSITA PRAESTO, a 'prae' praepositione
et 'sto, stas' uerbo, et 'PROFECTO' a 'pro' et 'facto' nomine. XV.16 (72.23)

ET OMNIA aduerbia in 'c' desinentia IN FINE
CIRCVMFLECTVNTVR, SI VOCALEM LONGAM HABVERINT XV.18 (74.16)
5 NATVRA ut 'hac' 'illac' et cetera huiusmodi. 'Donec' uero cum
uocalem naturaliter correptam habeat, acuit positione longam
paenultimam. 'Illinc' autem et 'istinc' et similia, quae positione
producuntur, correptam an productam uocalem habuerint,
certum non habemus. Credimus tamen quod sit in eis naturaliter
10 longa uocalis.

'VEL' ISTA CONIUNCTIO PRO 'VALDE' FREQUENTER
inuenimus, et est tunc aduerbium qualitatis. XV.18 (74.20)

DERIVATIVA VEL COMPOSITA 'NEQUIQVAM',
'NEQUAQVAM' 'NEVTIQVAM'. Hic distingue. 'Nequicquam'
15 enim et 'nequaquam' composita possunt esse, unumquodque ex
tribus partibus, et deriuata a 'nequis' et 'nequam', si illud
'quam' sillabice adiunctum intelligamus. 'Neutiquam' uero non
deriuatum ab aliquo sed compositum ex 'ne' et 'uti' et 'quam'
intelligitur.

PRAETEREA 'QVAM' est aduerbium QVANDO EST
20 SIMILITVDINIS, ut 'quam facile', id est sicut facile, ACCIPITVR,
uel comparationis, ut 'melior fuit Petrus quam Andreas'. SIVE
ELECTIONIS, ut 'Ponticum mare dulcius est quam cetera'. In hac
tamen significatione minime uidetur concedere ut 'quam' sit
25 aduerbium cum supponat QVAMVIS ETC.

LP&T 5 Donec...7 paenultimam] Petr. Helias p. 785.2 : 'Donec' ergo cum
uocalem naturaliter correptam habeat, acuit penultimam 7 Illinc... 10
uocalis] Petr. Helias p. 785.3 : De 'illinc' uero et 'istinc' et huiusmodi aliis
que producuntur positione correptam an productam natura uocalem habeant
certum non habemus. Putamus tamen quod in eis naturaliter sit longa

Var. lect. 3 c¹ F I M V] o K 5 illac] et illac K 6 positione longam F K M V]
om. I 7 Illinc F I M V] hinc K | positione F I M V] prepositione K 8 ante
correptam] an add. M V | habuerint F I M] habeant K habuit V 9 quod sit F I
M] quamuis K V 11 Vel] iter. I | frequenter... 12 inuenimus F M] f. inuenitur
I accipitur f. K accipitur V 12 est tunc I K M V] tr. F 17 intelligamus I K M V]
intelligatur F 20 est aduerbium I K M V] tr. F 22 uel F I K V] scilicet M
23 dulcius est F I K V] tr. M | In F I K V] om. M

- XV.18 (74.28) 'BIFARIAM' ET 'TRIFARIAM' ET 'OMNIFARIAM' aduerbia SVNT COMPOSITA A 'FERENDO' ET DICTIONIBVS eis PRAEPOSITIS in compositione, scilicet a 'bis' et 'tribus' et 'omni'.
- 'ITIDEM' compositum est ex 'demum' et 'item', 'indidem' ex 'demum' et 'inde' | 'IDENTIDEM' ex 'idem' et 'idem'. 1211rb
- XV.19 (75.5) A 'SALTV' 'saltim'. 'Saltem' enim non 'saltim' coniunctio.
- (75.11) 'PRAESERTIM' et 'CONFESTIM' uerbalia sunt. Et componitur 'praesertim' ex 'prae' praepositione et 'sero, seris' 10 uerbo. Cum enim dicimus 'praesertim' quando sententia aliqua praeseritur, id est profertur, aliquibus aliis interdictis sententiis, 'confestim' ex 'con' praepositione et 'festino, nas' uerbo componitur.
- XV.19 (75.15) DERIVATIVA a 'dextra' et 'sinistra' sunt 'dextrorsum' et 'sinistrorsum'. Vel si uis dicere composita sunt 'dextrorsum' et 'sinistrorsum' a 'dextra' et 'sinistra' nominibus et 'orsum' aduerbio. | 15 K71vb

LP&T 7 Saltem...8 coniunctio] Petr. Helias p. 786.32: 'Saltem' enim, non 'saltim' coniunctio est aduersatiua **13** confestim...14 componitur] Petr. Helias p. 787.37: 'Confestim' uero componitur ex 'con' prepositione et 'festino nas' uerbo

Prisc. 7 saltim¹]saltuatim *Prisc.* **9** Praesertim...confestim]*secl. Hertzius*

Var. lect. 1 Bifariam] *iter. I* | omnifariam *F I MV*] multifariam *K 2* composita...ferendo *F KMV*] conferendo *I* | eis praepositis *I V*] prepositis *F* ei prepositis *K* prepositis *M 3* a *F I MV*] ab *K* | tribus] a *t. F* | *post omni*] et multi *add. K 4* Itidem...6 idem *F V*] itidem compositum est ex demum et item, id est idem et demum, et inde idemtidem ex inde et idem *I* inde compositum est ex demum et in, inde ex demum et inde, identidem ex idem et eidem *K* inde compositum est ex in et demum, itidem ex demum et item, identidem ex idem et eidem *M* | Itidem] *iter. I 7* Saltem...saltim² *F KMV*] saltim enim non solum *I 8* coniunctio] est c. *F 9* Praesertim *F I V*] p. enim *KM 10* componitur *KM*] componuntur *F I V* | praesertim *F M*] *om. I K V* seris *F I KV*] ris *M 11* Cum *F KMV*] tunc *I 12* interdictis *I KMV*] antedictis *F 13* uerbo *KMV*] *om. F* uerbum *I 14* componitur *I KMV*] compositum est *F 15* Derivativa *I V*] diminutiua *F KM* | a dextra *F KMV*] ab extra *I* | sinistra] a s. *F V*

HAEC ENIM, quasi dicat merito posui ‘deorsum uersum’ et ‘orientem uersum’ et ‘occidentem uersum’ inter aduerbia composita, | HAEC ENIM | etc.

F53ra | V87vb

M107va

5

MELIUS TAMEN. Licet dixerim illa esse composita secundum quosdam, melius tamen dicemus quod aduerbia quae in illis compositis ponuntur, id est ‘uersum’ et ‘orsum’, non sunt composita cum praecedentibus nominibus sed illa praecedentia nomina, id est ‘orientem’ et ‘occidentem’, inclinant sibi sub eodem accentu, quod est dicere, nihil plus habent cum nominibus illis nisi hoc tantum quod sub uno accentu proferuntur cum illis, sed duae tamen partes intelliguntur esse.

XV.20 (76.4)

10

DERIVATIVA. Ordo est, deriuatiua exeuntia IN ‘TER’ ueniunt A NOMINIBVS VEL PARTICIPIIS TERTIAE DECLINATIONIS, sed diuersis modis, quia SI IN ‘NS’ DESINAT NOMINATIVVS etc., ALIA VERO quorum nominatiuus in ‘ns’ non desinit, ASSVMVNT etc. |

XV.21 (76.18)

I211va

15

ET AB ‘OMNI’ ‘OMNINO’, quia ‘omniter’ debuit facere.

XV.21 (77.4)

20

PRAETEREA, id est praeter supradicta quae regulariter deriuantur a nominibus uel participiis tertiae declinationis, NASCVNTVR ADVERBIA in ‘ter’, a ‘tribus’ ‘TER’, a ‘quattuor’ ‘QVATER’.

XV.21 (77.5)

25

‘OBITER’ ENIM. Idcirco non apposui ‘obiter’ cum his praedictis deriuatiuis, quia ‘obiter’ non est deriuatum sed COMPOSITVM AB ‘OB’ ET ‘ITER’.

XV.22 (77.4)

LP&T 18 omniter...facere] cfr. ND III ad loc. : Omniter’ enim debuit facere secundum similitudinem superiorum

Var. lect. 2 orientem...et F KV] om. per hom. IM | et...uersum² IKM] om. per hom. F | aduerbia...3 composita IKM] tr. F V 4 Licet...5 tamen] om. per hom. V 5 melius tamen IKM] tr. F 6 uersum...orsum scripsi] uersum F uersum uel uersus I orsum et uersum K uersum et uersum et orsum M uersum et uersum V 11 duae tamen IKM] tr. F due tantum V 12 intelliguntur esse F IMV] tr. K 16 ns F MV] us I ens K 19 Praeterea...supradicta] preter supradicta F KMV 20 uel IKMV] om. F 21 a²] et a K 23 Obiter enim] om. F KMV | apposui IKMV] apposuit F 24 deriuatum F IKV] deriuatiuum M

XV.22 (77.7)

VETVSTISSIMI TAMEN. Licet regula, sicut dictum est, exigat fieri aduerbia a nominibus uel participiis tertiae declinationis uenientia, TAMEN VETVSTISSIMI QVAEDAM CONTRA SVPRADICTAM REGVLAM PROTVLERVNT. SED SI illa quaedam contra regulam prolata, illa quaedam dico quae protulerunt antiquissimi, SINT NOMINA neutri generis posita PRO ADVERBIIS, assumuntur in usu, VT 'SVBLIME'. Si VERO non fuerint neutri generis, REICIANTVR, VT 'memore'. 'Memor' enim non 'memore' in neutro genere usualiter inuenitur.

XV.22 (77.15)

IN 'ES' PRODVCTA 'SODES', 'HERCVLES'. 'Sodes' uerbum est defectiuum, et ponitur pro aduerbio blandientis. 'Hercules' nomen est positum pro aduerbio iurandi.

XV.22 (77.15)

PLVRAQVE TAMEN. Licet duo tantum aduerbia in 'es' productum posuerim, tamen restant adhuc pleraque quae nascuntur a nominibus numerorum, A 'QVINQVE' scilicet VSQVE AD 'MILLE', VT 'QVINQVIES', 'CENTIES', 'MILIES' et cetera. 'Semel', 'bis', 'ter', 'quater' ideo apponit ut ostendat bene determinatum esse quod dixit a 'quinque' nos debere incipere. Nam aduerbia quae a numeris infra quinque positis deriuantur non in 'es' terminantur. |

I211vb

LP&T 10 Sodes... 12 iurandi] Petr. Helias p. 788.22 : dicunt quidam quod 'sodes' est uerbum comicum et defectiuum et ponitur pro aduerbio blandientis, 'Hercules' uero nomen est positum pro aduerbio. Puta tamen quod cum dicitur 'sodes' uerbum comicum esse, ponitur 'uerbum' pro 'sermone'. Credo enim quod aduerbium blandientis est

Prisc. 13 Plvraqve] pleraque *Prisc.*

Var. lect. 5 quaedam¹ *IKMV*] quidem *F* | quaedam² *IKMV*] *om. F*
6 protulerunt antiquissimi *IKMV*] *tr. F* | sint *IKMV*] sunt *F* **7** assumuntur *FI*
KV] assumantur *M* | usu *IK*] usum *F MV* **8** reiciantvr *F IMV*] reiciuntur *K*
9 memore *IKMV*] memorie *F* **11** ponitur *FI KV*] ponit *M* **12** positum *IKMV*] et ponitur *F* **13** Plvraqve tamen *I*] *om. F K MV* **14** productum *F*
K MV] *om. I* | tamen *FI KV*] et non *M* **15** post nascuntur] a numeris id est
add. F **17** apponit *IKMV*] apposuit *F*

- NAM 'DIVINITVS' ET 'HVMANITVS' significant istud, a
diis et hominibus. Si enim dicam 'Gabriel missus est diunitus',
idem est acsi dicam 'Gabriel missus est a Deo', et 'istud factum
est humanitus', id est 'ab hominibus'. Sin uero dicam 'Gabriel
5 locutus est humane', idem est acsi dicam 'Gabriel locutus est ad
similitudinem hominum'.
ADVERSVS QVOQVE QVOD ET NOMINATIVVS EST, pro
aduerbio accipitur. XV.23 (78.10)
ET OMNIA COMPARATIVA aduerbiorum in 'us' correptam
10 desinunt. XV.23 (78.20)
ET 'DVMTAXAT' quod ab aduerbio 'dum' et 'taxo, taxas',
id est 'estimo, estimas' componitur. XV.24 (78.25)
'PAX' Graecum aduerbium et comicum SIGNIFICAT
'TANTVMMODO'. XV.24 (79.1)
15 IN 'NS' 'TOTIENS' A 'TOT', 'QVOTIENS' A 'QVOT'. Male
igitur praedicant qui 'toties' et 'quoties' praecipunt dici. XV.24 (78.22)
INVENIVTVR DIVERSAE ADVERBIA FORMAE AB EISDEM
DERIVATA NOMINIBVS, VT ab hoc nomine 'fors' deriuatur 'FORS'
aduerbium et 'FORTE' etc. Communis regula est aduerbiorum,
20 quomodo ita a 'fors' nomine deriuantur illa aduerbia diuersae XV.24 (79.5)

LP&T 2 Si...6 hominum] Petr. Helias p. 789.89 : Si enim dicas 'Gabriel missus est diunitus', idem est ac si dicatur 'missus est a Deo', et 'Istud factum est humanitus', id est 'ab hominibus'. Si uero dicas, 'Gabriel locutus est humane', idem est ac si dicas, 'locutus est ad similitudinem hominum uel humano more' **13** Pax... 14 tantvmmodo] Petr. Helias p. 789.6 : 'pax' quod est grecum et comicum aduerbium et significat quod 'tantummodo' **15** Male... 16 dici] Petr. Helias p. 789.1 : Male igitur dicunt qui 'tocies' precipiunt dici et 'quocius'

Prisc. 15 ns]ens *Prisc.*

Var. lect. **1** Nam...hvmanitvs] *iter: I* | significant *IKMV*] *om. F* **3** idem est *FIMV*] id est *K* | Gabriel *FIKV*] *om. M* **4** Sin *IKMV*] si *F* **5** idem est *FIMV*] id est *K* | Gabriel *FIKV*] *om. M* | locutus est²] *tr: M post ad similitudinem hominum* **7** Adversvs qvoqve] *iter: I* **8** accipitur *IKMV*] ponitur *F* **11** ab *IKM*] *om. F ex V* **12** estimo estimas *FKM*] extimo .as *IV* **13** Graecum] g. est *F* | significat] et s. *F* **15** ns *FIMV*] ens *K* **16** praedicant *IKMV*] dicitur *F* | toties...quoties *FIMV*] *tr: K* **17** Invenivtvtr] *iter: I* aduerbia *FIV*] aduerbiorum *KM* | eisdem *IM*] *V eis FK* **18** deriuatur] *iter: K* **19** Communis] et c. *I* **20** quomodo *IM*] *om. F KV* | a *IKMV*] *om. F* nomine *FIKV*] *om. M* | deriuantur *FIKV*] deriuatur *M*

	formae, quomodo a ‘diuino’ ‘diuinitus’ ualens illud Graecum et ‘diuine’ ualens illud alterum.	
XV.24 (79.21)	‘FATVITV’ a ‘fatis’ et ‘FATVALITER’ SIMILITER, ‘fato’ scilicet, significant. Huius rei testimonium Graeca aduerbia posuit.	5
XV.24 (79.22)	‘OMNINO’ ‘penitus’ significat, ut si dicam ‘athomus omnino, id est penitus, indiuisibilis est’, nam equidem possem dicere ‘atomus OMNIFARIAM, id est IN OMNEM PARTEM VEL EX OMNI PARTE indiuisibilis est’.	
XV.25 (79.24)	DERIVATIVORVM ADVERBIORVM SPECIES EST etc. Et est aequipollenter dicere deriuatiuorum aduerbiorum quaedam sunt comparatiua, quaedam superlatiua, et quaedam diminutiua. Sequitur QVOD APVD GRAECOS NON EST, et respicit ad diminutiua tantum. ET PLERVMQVE hae tres species deriuatiuorum aduerbiorum a nominibus deriuantur, ut a ‘clarior’ ‘clarius’ et a ‘clarissimus’ ‘clarissime’, sicut a ‘clarus’ ‘clare’.	10 1212ra 15
XV.25 (80.3) (79.26)	INVENIUNTUR TAMEN. Illud taminat quod posuit DENOMINATIVA SVNT HAEC, et respondet ad hoc quod dixerat ‘plerumque’.	V88ra 20
XV.25 (80.5)	ANTIQUI TAMEN. Licet ‘saepius’ et ‘saepissime’ a nominibus non deriuentur, tamen secundum antiquos nomina deriuantur ab eis.	M107vb

Prisc. 3 fatvaliter cum HGLK Hertzii] fataliter Hertzius

Var. lect. 1 illud I KMV] idem quod hoc F 3 fatvaliter I KM] fataliter F V fato... 4 scilicet I] fatos F K fato M faton V 4 Huius rei I KMV] huiusmodi F 5 posuit F I V] composuit KM 7 nam... 9 est I KMV] om. per hom. F | nam KMV] non I | equidem I] quidem KV om. M | possem KMV] posse I 8 atomus I KV] om. M | in IMV] om. K 9 omni I KV] om. M 10 est¹ I KMV] om. F 11 aduerbiorum I KMV] om. F 12 quaedam¹] q. sunt M | diminutiua F KM] deriuatiua I 13 Sequitur... 14 tantum] om. V 15 a¹... deriuantur I KMV] tr. F 16 et F I KV] om. M | a¹ F I KM] om. V | clarissimus I KMV] clarissimo F 18 taminat F I K] terminat M determinat V 19 denominativa F KMV] denominata I 21 et I KMV] om. F 22 non I KMV] om. F | tamen F KMV] om. I

- NON ENIM. Quasi dicat, merito dixi ‘ultra’, ‘ulterius’,
 ‘ultime’, ‘ulterior’, ‘ultimus’ supponens nomina aduerbiis in
 ordine, NON ENIM etc. XV.26 (80.6)
- ‘NUPER’, ‘NUPERIVS’, ‘NUPERRIME’. ‘Nuperior’,
 5 ‘nuperrimus’ uoluit dicere, sicut in supradictis nomina postrema
 K72ra | posuerat, sed corrigit. Antiqui tamen ‘nuperus nuperior
 nuperrimus’ dixerunt, quasi dicat, hic non possum dicere
 nomina esse deriuatiua ab aduerbiis, quia si ad antiquos
 respiciam, qui positium ‘nuperus’ protulerunt, ‘nuperior, -
 10 rimus’, cum positium suum habeant, non ab aduerbiis
 deriuantur, immo aduerbia ex ipsis nascuntur.
- ‘OCIOR’ QVOQVE ‘OCISSIMVS’ ET ‘OCIVS’ ‘OCISSIME’ A
 GRAECO NOMINE quod est ΩΚΥΣ, quod est dicere, cum ‘ocior’ et
 ‘ocissimus’ apud Graecos suum positium habeant, non ab
 15 aduerbiis sed aduerbia ex ipsis nascuntur. XV.26 (80.11)
- SATIS QVOQVE. Hoc ideo inducit ut ostendat ‘satis’
 aduerbium a ‘satis’ nomine deriuari. XV.26 (80.12)
- ATTENDENDVM est IGITVR. A praemissis exemplis infert
 1212rb hoc modo, quia a ‘clarior, clarissimus, | clarius, clarissime’ et ab
 20 ‘ulterius, ultime, ulterior, ultimus’ deriuantur, igitur NON
 INVENIANTVR COMPARATIVA ADVERBIA NISI SINT ADIUNCTA
 COMPARATIVIS NOMINIBVS, uel ita ut deriuentur ab illis
 nominibus uel ita ut nomina ab ipsis.
- DIMINVTIVA TAMEN. Licet comparatiua aduerbia non
 25 inueniantur nisi adiuncta sint nominibus, ut dixi, diminutiua
 tamen inueniuntur non adiuncta nominibus sed RARISSIME, VT XV.26 (80.15)

Var. lect. 4 nuperivs *F I MV*] nuperus *K* 6 nuperus *I KV*] *om. F* nupererus
M 7 dixerunt... 10 -rimus *I KV*] *om. per hom. M* | hic *F I V*] haec *K*
 8 deriuatiua *I KV*] deriuata *F* | ab *F KV*] *om. I* 15 ex *F I*] ab *KMV*
 16 satis... 17 aduerbium *F KM*] a. satius *I* satius a. *V* 18 Attendendum est *I*
KM] attendendum *F* attende *V* 19 a *F KMV*] *om. I* | clarius *I KM*] *om. F V*
 20 ulterius... ultimus *I KMV*] ulterior ultimus ulterius ultime *F* | non *F I MV*]
om. K 25 adiuncta sint *I K*] adiuncta *F tr. MV*

	‘CLAM’ ‘CLANCVLVM’. Et hic habes iterum quare superius dixerit PLERVMQVE DENOMINATIVA SVNT.	
(79.25)		
XV.26 (80.19)	DERIVANTVR AVTEM. Communis regula est docens a quibus partibus orationis aduerbia deriuentur.	
XV.27 (80.24)	A MISERICORDE. ‘Misericors’ ex ‘misero’ et ‘corde’ componitur. Misericordes enim dicuntur illi qui aliorum aduersitatibus compatiendo corde affliguntur, igitur a ‘misericordi’ igitur aduerbium decompositum fit ‘MISERICORDITER’.	5
XV.27 (80.25)	HOC TAMEN. Quamuis dixerim ‘indocte’ et ‘imprudenter’ esse decomposita, tamen si considerentur non deriuari a compositis nominibus, sed composita ab ‘in’ praepositione et simplicibus aduerbiis ‘docte’ et ‘prudenter’, composita possunt intelligi.	10 F53rb
XV.27 (80.27)	NAM ‘EFFICACITER’. Ideo tantum ‘indocte’ et ‘imprudenter’ posui in exemplo, nam ‘efficaciter’ sine dubio decompositum est a nomine ‘efficax’, quod ab ‘ex’ praepositione et ‘facio facis’ componitur.	15
XV.28 (80.30)	SIGNIFICATIO ADVERBIORVM DIVERSAS SPECIES HABET. SVNT ENIM quaedam TEMPORALIA, alia localia etc. Temporalium subdiuisionem primum exequitur hoc modo.	20 I212va

LP&T 1 quare...2 svnt] Petr. Helias p. 791.34 : Diminutiua autem rarissime inueniuntur ita ut non sint nominibus adiuncta ut ‘clanculum’, quod est a ‘clam’, et non est nomini adiunctum et hic iterum habemus quare superius dixit, ‘plerumque denominatiua sunt’ **5** Misericors...9 misericorditer] Petr. Helias p. 791.48 : Et uide quod ‘misericors’ secundum plerosque componitur ex ‘misero’ et ‘corde’ ut dicatur ‘misericors’ quasi ‘habens miserans cor’. ‘Misericordes’ enim dicuntur qui aliorum aduersitatibus compatiendo corde affliguntur. Michi tamen magis uidetur ‘misericors’ compositum esse a ‘miserante’ et ‘corde’ ut dicatur ‘misericors’ quasi ‘habens miserans cor’

Var. lect. 1 habes *IKMV*] habemus *F* | iterum *IKMV*] non tantum *F*
2 dixerit *IKMV*] dixit *F* | denominativa *F KMV*] denominata *I* | svnt *IKMV*] *om. F* **3** docens *I V*] dicens *F* de ceteris *KM* **5** A misericorde *I*] *iter. I om. F KMV* **6** componitur *IKMV*] ponitur *F* | illi *IKMV*] *om. F* **7** a...8 igitur *K*] a misericordia *i. F i. a. m. I* misericordia igitur *M* a misericorde igitur *V*
11 considerentur *IKMV*] considerantur *F* **15** Nam efficaciter *I*] *om. F KM V*
16 posui *F I MV*] posita *K* **21** subdiuisionem *IKMV*] subderiuationem *F*

Temporalia alia communiter tempus significant, ut ‘olim’ etc.
 Alia discrete, quae discrete tempus significant. Alia significant
 praeteritum, ut ‘pridem’, alia praesens, ut ‘nunc’, alia PRAESENS
 ET NON MVLTQ ANTE PRAETERITVM, VT ‘MODO’ quod pro ‘paulo
 5 ante’ accipitur, ut ‘modo dixit mihi apud forum’, accipitur etiam
 ‘modo’ et ‘nunc’ pro ‘aliquando’ infinito aduerbio, ALIA
 FVTVRVM significant VT ‘CRAS’.

COMMVNIA DIUERSORVM sunt ‘dudum’, ‘olim’, quod XV.28 (81.20)
 etiam Virgilius infinite posuit pro ‘aliquando’, et in
 10 designatione praesentis temporis, ut ‘OLIM EXTENDIT’.

SIMILITER ALIQVANDO est commune diuersorum XV.28 (82.19)
 temporum. Significat enim futurum, ut ‘ibis tandem’, aliquando
 praeteritum, ut ‘tandem aliquando’ etc.

‘QVANDO’ QVOQVE SIMPLEX ET EX EO COMPOSITA XV.28 (82.21)
 15 communia sunt diuersorum temporum, ut ‘ALIQVANDO’,
 ‘SIQVANDO’, ‘NEQVANDO’. ‘Aliquando’ propter similitudinem
 apposit.

‘ALIQVANDO’ ET ‘SIQVANDO’ et ‘nequando’ dicit XV.28 (82.22)
 infinita, quia particulas temporis indeterminate significant, ut si
 20 dicam ‘aliquando scribam’, particulam futuri temporis
 aduerbialiter designo, et illam indeterminate. Si autem dicam
 ‘olim faciam’, nullam particulam futuri temporis sed ipsum
 futurum determinate significo per aduerbium ‘olim’.

Fontes 10 olim extendit] Verg. georg. 2, 403-405

Var. lect. 1 tempus significant *IKMV*] *tr. F* 4 pro *F IKV*] *om. M*
 5 etiam... 6 et *IKMV*] modo *F* 8 Communia diuersorum] *iter. I* | diuersorum
 sunt *IK*] s. temporum s. *F tr. MV* | dudum] d. et *F V* 10 extendit *F KMV*] *extudit I*
 11 Similiter] *iter. I* | est commune *IKMV*] *tr. F* 14 Quando
 qvoqve] *iter. I* | qvoqve *IK*] autem *F* uero *M* etiam *V* 18 Aliquando...
 siquando] *iter. I* 21 aduerbialiter designo *F IMV*] *tr. K* | aduerbialiter... 22
 temporis *IKMV*] *om. per hom. F* 22 temporis *IK*] *om. F MV* | ipsum *F I*
KV] illum *M*

XV.28 (82.24)	<p>‘QVANDO’ AVTEM. Quam proprietatem ‘quando’ habeat exponit. Relatiuum est, ut ‘quando iuue[n]is eram, tunc peccaui’. ‘Quando’ enim et ‘tunc’ relatiua sunt. Infinitum est, ut ‘quando ueniam, faciam’. Hic enim ‘quando’ indeterminate particulam futuri temporis significat. Accentu tamen discernitur, nam interrogatiua acuuntur, relatiua uero grauantur.</p>	I212vb V88rb 5
XV.30 (83.14)	<p>‘SAEVVS VBI AEACIDES’. Ibi oportet suppleri, et sunt relatiua ‘ibi’ et ‘ubi’.</p>	M108ra
XV.30 (83.20)	<p>‘VNDE LATINVM’. ‘Inde’ subauditur. ‘Inde’ enim et ‘unde’ ad se inuicem referuntur.</p>	10
XV.30 (83.21)	<p>HOC QVOQVE, id est ‘qua’, quando relatiuum est, grauatur, quomodo omnia infinita aduerbia.</p>	
XV.30 (83.24)	<p>COMMVNES. Hucusque ostendit aduerbia discretas locorum significationes habentia, nunc quae locorum communes significationes habeant ostendit. COMMVNES significationes locorum habent VT ‘PEREGRE’ istud aduerbium, nam quattuor modis locum significat, et similiter ‘pone’, ‘super’, etc.</p>	15

Fontes 7 Saeuus... Aeacides] Verg. Aen. 1, 99 9 Vnde Latinvm] Verg. Aen. 1, 6

LP&T 1 Quam... 6 grauatur] Petr. Helias p. 794.8 : Addit quoque quas proprietates habeat ‘quando’. Est enim relatiuum ut ibi, ‘Quando eram iuuenis, peccaui’, ubi subintelligitur ‘tunc’ ad quod ‘quando’ habet ibidem referri. Est enim infinitum ut ‘Quando ueniam faciam’. Hic enim ‘quando’ indeterminate particulam futuri temporis significat. Vel dicamus quod ‘quando’ ponitur pro ‘quencumque’ et sic proculdubio ponitur infinite. Accentu tamen discernitur si interrogatiue, scilicet, ponatur ‘quando’ uel relatiue siue infinite quomodo et nomina interrogatiua et relatiua. Nam interrogatiua acuuntur, relatiua uero grauatur 9 Inde¹... 10 referuntur] Petr. Helias p. 794.25 : Ita quoque et ‘unde’ interrogatiuum penultimam acuit, relatiuum grauatur, ut apud eundem Virgilium, ‘genus unde latinum’, ubi subintelligitur ‘inde’ ad quod refertur etiam ‘unde’. Sunt iterum quedam localia que significant de loco ut ‘hinc’, ‘illinc’, quedam que per locum significant ut ‘hac’, ‘illac’

Var. lect. 7 Aeacides *IKMV*] eacide *F* | suppleri *IKMV*] subpleri *F* 9 Vnde Latinvm] *iter. I* | Inde¹ *FIMV*] tamen *K* | enim *IKMV*] etiam *F* 11 Hoc qvoqve] *iter. I* 12 infinita aduerbia *IKMV*] *tr. F* 13 discretas *FIKV*] discretam *M* 15 ostendit *IKMV*] supponit *F* 17 significat *IKMV*] significant *F* 18 super *FKMV*] supra *I*

- ET QUID ETIAM. Et in hoc etiam differunt aduerbia a praepositionibus QVOD ADVERBIA PER SE HABENT etc. XV.31 (84.4)
- SI ENIM. Dixerat NISI CONIVNGANTVR CVM ALIA DICTIONE, quasi dicat, coniunctae cum alia dictione certam habent significationem, ad quod probandum istud subiungit, SI ENIM etc. XV.31 (84.6)
- IN SVPERIORE ENIM. Vere ‘de’ in praemissis orationibus aliam et aliam habet significationem certam scilicet, nam IN SVPERIORE | oratione περι memoratiuum, IN SEQUENTI απο id est ‘de | loco’ SIGNIFICAT. SIMILITER ‘DEDVCO’ καταγω id est de loco significat, ‘DESCENDO’ κατερχομαι id est ‘deorsum scando’, ponitur hic ‘de’ pro ‘deorsum’. XV.31 (84.8)
- SVNT QVAEDAM. Istud repetit quia uult addere multa quae superius in exemplo non posuit. XV.31 (84.11)
- SIMILITER ADVERBIA OSTENDVNTVR COMPOSITA ad locum significantia ‘ITALIAM VERSVS’ etc., NISI DICAMVS QVOD ‘VERSVS’ ISTA PRAEPOSITIO INCLINAT SIBI SVPRAPOSITA, ut superius dictum est. XV.31 (84.13)
- SIMILITER ‘MILITIAE’ habet discretam significationem IN LOCO. XV.33 (85.12)
- ET SCIENDVM. Communis proprietates de localibus. XV.33 (85.13)

LP&T 8 nam... 10 significat] Petr. Helias p. 794.45 : In primo enim significat το περι, id est, quod περι et est commemoratiuum ‘de’; in sequenti significat το απο, id est, hoc quod apud Grecos ‘apo’, et est consignificatiuum loci **11** descendo... 12 deorsum] Petr. Helias p. 795.49 : Est enim ‘descendo’ idem quod ‘deorsum scando’ et ponitur ‘de’ pro ‘deorsum’

Prisc. **1** quid] quod *Prisc.* **19** Similiter... 21 localibus] *uide app. Hertzii*

Var. lect. **1** Et¹... etiam¹ I] *om. F KMV* **2** post aduerbia] etiam *add. F* **3** Dixerat... 6 enim *F I MV*] *om. per hom. K* **7** svperiore *F I MV*] superiori *K* de in *F KMV*] inde *I* **8** habet *F I KV*] habent *M* **9** svperiore *F I M*] superiori *KV* | απο... est *KMV*] id est *I tr. F* **12** ponitur hic *scripsi*] ponitur enim hic *F tr. I* ponitur *KV* ponatur hic *M* **15** Similiter] *iter. I* **19** habet discretam *I KMV*] *tr. F* **21** localibus *I KMV*] uocalibus *F*

- XV.31 (84.16) DEHORTATIVVM EST 'NE'. HOC ETIAM, id est 'ne', ACCIPITVR PRO 'NEQVE', et est tunc coniunctio copulatiua, ET PRO 'VT NON', et est coniunctio causalis. Sciendum tamen quod in his significationibus si quis ad negationem respiciat, 'ne' poterit esse dehortatiuum, si dehortatiuum large accipiamus, ut superius habuimus ubi dixit, SVNT QVAE NON OMNIBVS MODIS POSSVNT CONIVNGI VT 'NE' CVM EST DEHORTATIVVM etc. (XV.1 ; 60.14) Accipitur etiam 'ne' PRO 'VALDE' intentiuo aduerbio.
- XV.32 (84.23) SCIENDVM TAMEN. Licet 'NON' 'HAVD' recta sint aduerbia, tamen sciendum etc. 10
- XV.33 (85.9) 'SIC EST' sine interrogatione. 'QVIDNI' uero et 'CVRNON' et 'QVIDISTIC' cum interrogatione pro confirmatiuis aduerbiis ponuntur.
- XV.34 (85.22) MEDIVSFIDIVS aduerbium est iurandi et significat Mercurium qui deorum et hominum ut medius est interpres, et est fidius, id est dei filius. 15
- XV.34 (85.25) IDEM TAMEN 'per' ETIAM CONFIRMATIVVM EST ADVERBIVM, VT TARENTIVS 'PER, id est profecto, NIMIVM PARCE

Fontes 18 per ... 27,1 lavdo] Ter. Andr. II 6, 24

LP&T 1 Hoc ... 8 aduerbio] Petr. Helias p. 796.62 : Ponit deinde terciam speciem aduerbiorum, id est, aduerbium dehortatiuum ut 'ne', quod etiam accipitur pro 'neque' et tunc est coniunctio copulatiua, et ponitur pro 'ut non' et tunc est coniunctio causalis. Sciendum tamen quod in his etiam significationibus, si quis ad negationem respiciat, poterit 'ne' dehortatiuum esse, si dehortatiuum large accipiamus, ut superius habuimus ubi dixit, 'Sunt que non omnibus modis possunt adiungi ut 'ne' quando dehortatiuum est', et cum ponit etiam 'ne' pro 'ualde', de quibus omnibus manifesta ponit exempla **11** Sic ... 13 ponuntur] Petr. Helias p. 797.91 : Et uide quod 'sic est' sine interrogatione, 'quid ni' uero et 'cur non' et 'quid istic' cum interrogatione ponuntur pro isto aduerbio confirmatiuo quod est 'certe' **14** Medivsfidivus ... iurandi] Petr. Helias p. 797.94 : Addit iterum et alius speciei aduerbia que appellat iuratiua ut 'medius fidius' quod est aduerbium iurandi

Var. lect. 1 Dehortativvm *F K*] hortatiuum *I* deortatiuum *MV* | ante Hoc] hic *add. F* ne *add. I* **3** tamen *F I KV*] tantum *M* **5** si *scripsi*] sed *F I KMV* **7** possvnt conivngi *F I KV*] *tr. M* | ne] ne est *F* **8** ne *I KMV*] *om. F* | intentiuo aduerbio *F I KV*] aduerbio int *lac. M* **9** tamen *F KMV*] *om. I* **11** Qvidni *F KMV*] quoniam *I* **14** est iurandi *I KMV*] *tr. F* **15** ut *I KM*] *om. FV* | medius est *F KM*] *tr. IV* **17** per etiam *F I*] *tr. KMV* | est *F V*] *tr. ante* confirmatiuum *I om. KM*

FACIS NON LAVDO'. Si enim 'per' ibi pro 'ualde', quod quidam uolunt, accipiatur, superfluum est, cum sequatur 'nimium'.

1213rb 'SIC' QVOQVE EST IURATIVVM QVOMODO 'PER'. Est
5 iuratiuum quando illud 'per' CONIUNCTVM est CASVALIBVS.
Nisi enim 'per' coniunctum casualibus sit, iuratiuum non erit.

XV.34 (85.28)

OPTATIVA sunt 'utinam', 'o', 'si'.

XV.34 (86.1)

10 'VT' AVTEM ET 'SI'. Vult ostendere quoniam 'ut' pro aduerbio optandi accipitur, et continuatur ita. 'Si' est aduerbium optandi, ut dixi, 'si' autem et 'ut' etiam coniunctiones sunt, sed in hoc differunt quia 'ut' etiam est aduerbium similitudinis et temporis, 'ut uidi' id est 'postquam uidi'. Similitudinis per admirationem, 'ut perii' id est 'qualiter perii', quasi dicat, nullus taliter periit qualiter ego.

XV.35 (86.9)

15 'VTI' ENIM ET 'VT' idem est. Istud respicit ad hoc quod dixerat, et ex hoc componitur 'utinam'.

XV.35 (86.16)

20 HORTATIVA sunt 'HEIA', 'AGE'. ET NOTANDVM QVOD VIDETVR HOC ADVERBIVM, id est 'age', HABERE PLVRALEM numerum 'AGITE' contra legem aduerbiorum. Recte dicit 'uidetur'. Iure enim non est ita. Sed quia 'agite' de uerbo translatum est in aduerbium, licet ibi iura uerbi amittat, tamen

XV.35 (86.17)

LP&T 1 Si...2 nimium] Petr. Helias p. 798.2 : Si enim, ut uolunt quidam, pro 'ualde' accipiatur, superfluum est cum sequatur 'nimium', sicut etiam iuratiue ponitur ut apud Virgilium, 'Sic tua Cirneas etc.' **18** Recte...28,2 esset] Petr. Helias p. 799.22 : Bene autem inquit 'uidetur'. Non enim ita uerum est, sed quia 'agite' de uerbo translatum est in aduerbium, licet ibi proprietatem uerbi amittat, tamen non significatione sed usu exigente, pluralibus tamen adiungitur personis ac si uerbum ibi proprie esset

Var. lect. 1 pro *F K MV*] *om. I* **2** accipiatur *I KM*] accipitur *F V* | superfluum est *I KM V*] superfluit *F* **3** iurativum *I KM*] adiuratiuum *F V* | Est...4 iuratiuum *I KM*] aduerbium est adiuratiuum *F tr. V* **5** coniunctum casualibus *I KM V*] *tr. F* | sit *I KM V*] est *tr. ante* casualibus *F* **6** Optativa sunt] *iter. I* | o si *M V*] s *F* si *I olim K* **8** optandi accipitur *I KM*] *tr. F* o. accipiatur *V* | et *F I KV*] *om. M* **9** et...etiam *I*] et etiam ut *F K* etiam et *M* et ut *V* | sed *F I KV*] et *M* **12** qualiter *I KM V*] in quantum *F* **14** Vti...vt] *iter. I* **16** Hortativa sunt] *iter. I* | heia *scripsi*] eia *F I KM V* **19** non est *I KM V*] uidetur *F* **20** translatum est *I KM V*] transit *F* | iura *F I M V*] uim *K*

adhuc usu quidem non significatione exigente pluralibus iungitur tantum personis acsi proprie uerbum esset.

XV.35 (86.20)

REMISSIVA SVNT superioribus, id est hortatiuis, contraria. Attende quia haec remissua sunt intentiuis aduerbiis quae sequuntur proprie et ut dicitur recta fronte contraria oppo|nuntur, sed hic ea hortatiuis contraria dicit, quia ab eis longe diuersa sunt. Cum enim hortatiua motum animi excitare uideantur, remissua e contrario sedant. Et nota quoniam remissua et intentiua quae paulo post sequuntur, Donatus in quantitate comprehendit.

5

M108rb

10

XV.35 (86.23)

QUANTITATIS VT 'NIMIVM', 'PARVM'. Post remissua genus eorum, id est quantitatem, ideo supponit quia uult | ostendere remissua et intentiua quae sub quantitate clauduntur communem habere proprietatem | cum qualitatiuis aduerbiis, scilicet quod haec, id est qualitatiua et quantitatiua aduerbia, plerumque ab adiectiuis nominibus fiunt. | Quare 'plerumque' dicat, ostendit cum supponit, NECNON ETIAM A PARTICIPIIS etc.

V88va

I213ra

15

F53va

(86.24)

XV.36 (87.14)

'VTRIMQVE' discretium est aduerbium, et est ad 'simul' quasi contrarium. Qui enim dicit 'utrimque' neque in eodem loco neque in eodem tempore sed in diuersis locis aliquid fieri significat.

20

LP&T 7 Cum... 10 comprehendit] Petr. Helias p. 799.27 : Cum enim hortatiua motum animi excitare uideantur, remissua quodammodo sedent ut 'paulatim' et similia. Et uide quod remissua et intentiua, que auctor iste paulo postea subiungit, Donatus, ut plerisque uidetur, sub quantitate comprehendit, ut alii putant, sub qualitate, sed melius, ut opinor, sub quantitate **18** est²...21 significat] Petr. Helias p. 801.70 : Et uide quod 'utrimque' est ad 'simul' quasi contrarium. Qui enim dicit 'utrimque' neque in eodem loco neque in eodem tempore sed in diuersis locis fieri aliquid significat

Var. lect. 1 adhuc *I K MV*] *om. F* | usu quidem *I K MV*] *tr. F* | exigente] *tr. ante* non significatione *F* | pluralibus *F K MV*] pluribus *I 2* iungitur tantum *I*] *om. F tr. KM* iungitur *V* | esset *F I K V*] etc. *M 3* Remissiva svnt] *iter. I* contraria] *tr. M post* superioribus **4** quia *F I K V*] quod *M* | remissua... aduerbiis *K*] aduerbia remissua sunt *F r. i. a. I M V 5* proprie *I K MV*] recte *F 8 e F K M*] ex *I V*] sedant *F K MV*] cedant *I 9* remissua... intentiua *I K MV*] *tr. F 11* Quantitatis *F K MV*] quantum *I* | parvm *F I M*] paruvm *K V 13* et intentiua *F K MV*] *om. I* | clauduntur *F I M V*] comprehenduntur *K 14* communem... proprietatem *F I M V*] commune habere *K 16* ab *F I K V*] *om. M* | Quare *F I M V*] qualiter *K 17* etc *I K MV*] *om. F 18* Vtrimqve] *iter. I*

HAEC, id est ‘ut’ et ‘uti’, ETIAM CONIUNCTIONVM VIM
 HABENT CAUSALIVM QVANDO $\iota\upsilon\alpha$ VEL $\sigma\tau\iota$ SIGNIFICANT
 GRAECAS CONIUNCTIONES. $\iota\upsilon\alpha$ Graeca est coniunctio quae
 causam manifestam ostendit. VIRGILIUS IN XI, ‘huc periturum
 5 ueni CAPIAS, VT DIGNA CAMILLAE PRAEMIA’. ‘Vt’ ista
 coniunctio in hoc loco causam ostendit manifestam, quare ille
 debeat uenire, scilicet praemia Camillae. $\sigma\tau\iota$ Graeca est iterum
 coniunctio quae, licet nullam causam ostendat, societate tamen
 aliarum casualium et ipsa casualis uocatur. CICERO IN tertio
 10 *INVECTIVARVM*, ‘ILLVD VERO NONNE ITA PRAESENS EST VT NVTV
 IOVIS FACTVM ESSE CREDATVR’. Hic ‘ut’ $\sigma\tau\iota$ Graecam
 K72va significat, quia nullam causam ostendit. Simile est | quod saepe
 dicimus ‘rogo te ut ad me uenias’. Non enim ideo te rogo ut ad
 me uenias, sed hoc ipsum te rogo ut ad me uenias.

XV.36 (87.16)

15 HIC, id est ‘minus’, coniunctum est CVM ADVERSA
 QUALITATE, id est cum nomine significante qualitatem
 aduersam qualitati alterius nominis, CONTRARIAE QUALITATIS
 COMPARATIVVM SIGNIFICAT.

XV.36 (88.1)

Fontes 5 capias... praemia] Verg. Aen. 11, 856 10 illvd... 11 credatvr] Cic.
 in Cat. or. III 9, 21

LP&T 3 $\iota\upsilon\alpha$... 7 Camillae] Petr. Helias p. 801.76 : Et uide quod $\iota\upsilon\alpha$ greca
 est coniunctio que causam manifestam ostendit ut apud Virgilium: Huc,
 periture, ueni capias ut digna Camille / Premia. Ecce ‘ut’ ista coniunctio
 causam manifestam ostendit quare ille debeat uenire, scilicet, premia Camille,
 et ponitur pro $\iota\upsilon\alpha$ greca coniunctione 7 $\sigma\tau\iota$... 12 ostendit] Petr. Helias
 p. 801.81 : $\sigma\tau\iota$ quoque greca coniunctio est que licet causam non ostendat uel
 non manifestam, quia tamen cum subiunctiuis uerbis iungitur ad modum
 illarum que manifestam ostendunt causam, casualis etiam uocatur ut apud
 Ciceronem, ‘Illud uero nonne ita presens est ut nutu Iouis factum esse
 credatur’. Ecce ‘ut’ in hoc loco causam ostendere non uidetur et ponitur pro
 $\sigma\tau\iota$ greca coniunctione

Var. lect. 2 habent *FIMV*] habet *K* | causalium *IKM*] casualium *FV* 3 est *I*
KM] *om. F tr. post* coniunctio *V* 7 scilicet *FIKV*] *om. M* | praemia *FKMV*]
 prima *I* 9 casualium *IMV*] casualium *FK* | ipsa] *tr. post* uocatur *F* | casualis
IMV] casualis *FK* 12 significat *FIKM*] significationem *V* 13 Non... 14
 uenias² *IKMV*] *om. per hom. F* 15 coniunctum *FKMV*] cum iunctum *I*
 17 aduersam *FIKV*] aduersa *M*

- XV.36 (88.4) SVPERLATIVA, ut 'MAXIME'. Non te moueat quod superius 'maxime' quantitati supposit. 'Maxime' enim ex uictionis quantitatum, ex uia autem gradus superlatiuum est aduerbium. | I213vb
- XV.37 (88.5) ET SCIENDVM. Hic incipit dare communes regulas de aduerbiis, scilicet quod omnia aduerbia quae a nominibus deriuantur illorum seruant significationem, uel si uis dicere qualitatem generalem seu specialem, ut a 'Demosthenes' per medium deriuatur 'demostenice', et seruat propriam qualitatem illius, ut si dicam 'ille demostenice loquitur', id est ad modum Demosthenis. 5 10
- XV.37 (88.11) ET NOTA QVOD PLERAQVE aduerbia deriuatiua EX NOMINIBVS FIVNT DERIVATIVIS. Non enim a specie sed a speciali eius deriuatio deriuatur specialiter, et similiter alia ab aliis deriuatiuis nominibus. 'Pleraque' dicit quia 'aliter' ab 'alio', et 'qualiter' a 'quali' sine mediante deriuatio nascuntur. 15
- XV.37 (88.11) A GRAECIS QVOQVE NOMINIBVS. Alia proprietates.

LP&T 1 Non...4 aduerbium] Petr. Helias p. 802.98 : Et uide quod 'maxime' superius quantitati supposit. Hoc autem ideo quia 'maxime' ex uictionis quantitatum est, ex uia gradus superlatiuum, quod idem est, ut opinor, ac si dicatur quod secundum principalem significationem pertinet ad quantitatem, ex consignificatione superlatiuum est **6** scilicet...11 Demosthenis] Petr. Helias p. 802.5 : scilicet, quod omnia aduerbia quae a nominibus deriuantur seruant illorum significationem, siue illa nomina significant generalem, id est, communem, qualitatem siue specialem, id est, propriam. Et dicit tamen quod aduerbia a nominibus deriuata seruant illorum significationem, siue uis dicere, qualitatem eorum generalem uel specialem, ut a 'Demostenes', mediante hoc nomine 'demostenicus ca cum', deriuatur hoc aduerbium 'demostenice', et seruat propriam qualitatem illius, ut si dicam, 'Ille loquitur demostenice', id est, 'ad modum Demostenis' **13** Non...16 nascuntur] Petr. Helias p. 803.15 : Non enim a 'specie' sed a nomine 'speciali' inde deriuato deriuatur hoc aduerbium 'specialiter'. 'Pleraque' uero dicit quia 'aliter' ab 'alio' et 'qualiter' a 'quali' sine mediante deriuatio nascuntur

Var. lect. 2 maxime...supposit *I K*] q. m. s. *F* m. qualitati s. *M* m. s. q. *V* **3** quantitatum *F I K V*] qualitatum *M* **5** de...6 aduerbiis *F K M V*] aduerbii *I* **6** quod *F K M V*] quia *I* **8** seu *F K M V*] uel *I* **9** seruat *K M V*] seruant *F I* **12** Et nota] *iter: I* | pleraque *V*] plerumque *F I K M* | ex *K M V*] a *F I* | ex...13 *fiunt*] *tr: F* **15** Pleraque *scripsi*] plerumque *F K M V* plerumque *I*

HABENT TAMEN. Licet dixerim ‘ocius’ et ‘ocissime’ a Graeco ‘ochis’ deriuari, tamen ‘ocius’ et ‘ocissime’ habent nomina ex quibus deriuentur, scilicet ‘ocior’ et ‘ocissimus’.

PRAETEREA. Alia communis regula, scilicet quia sicut APVD GRAECOS *ανα*, scilicet istud aduerbium, DICITVR, id est deriuatur, anomale *αποτου*, id est ab hoc nomine *οις*, SIC ET APVD NOS AB ‘VNO’ ‘SEMEL’ INAEQUALITER PROFERTVR. A ‘DVOBVS’ QVOQVE ‘BIS’ DICIMVS PRO GRAECO *Δις*. *Δις* enim melius a ‘duobus’ deriuari uidetur quam ‘bis’.

QVOMODO AVTEM SVNT NOMINA SYNONYMA VEL POLYONYMA, SIC ADVERBIA. Alia communitas. Synonyma dicuntur nomina diuersa quae ueniunt ad eiusdem rei designationem, ut ‘gladius’ et ‘ensis’. Polyonyma dicuntur nomina quae una uoce diuersa significant, ut ‘canis’, ubi significat *του* id est locale aduerbium, et *οποι* id est temporalis, similiter habent diuersas significationes.

I214ra ‘QVO’, ‘QVA’, ‘QVANDO’, quia sunt interrogatiua etc. | XV.38 (88.25)

‘O’ EST ADVERBIVM ADMIRANDI uel INDIGNANDI, ut ‘O, QVALIS FACIES’, VT ‘O TEMPORA’. Sciendum quia ‘o’ quando

Fontes 18 o... 19 facies] Iuu. carm. 10, 157 19 o tempora] Cic. in Catil. or. 1, 1, 2

LP&T 1 Licet... 3 ocissimus] Petr. Helias p. 803.17 : Et uide quod cum ‘ocius’ et ‘ocissime’ dicantur deriuari a greco nomine *ωκυς*, tamen habent nomina latina ex quibus deriuantur, scilicet, ‘ocior’ et ‘ocissimus’
19 Sciendum... 32,2 alterius] Petr. Helias p. 804.43 : Et uide quod ‘o’ ammirandi uel indignandi proprie est interiectio sed interiectio et aduerbium tantam habent affinitatem inter se ut species unius dicantur species alterius esse

Var. lect. 1 Habent *FIMV*] inter *K* 4 Praeterea *IKMV*] *om. F* | quia *F* *KMV*] de *I* | sicut *IKMV*] *om. F* 5 scilicet *M*] *om. FIKsV* | id est *IKMV*] *om. F* 6 sic et *IKMV*] sicut *F* 7 nos] nos etiam *F* 8 bis *F* *KMV*] his *I* | *Δις* *KMV*] *om. FI* 9 a *IKMV*] *om. F* | deriuari uidetur *F* *KMV*] *tr. I* 11 polyonyma *scripsi*] polionima *FKMV* palionima *I* | sic *IKMV*] sicut *F* 13 designationem *IKMV*] significationem *F* | et *IKMV*] *om. F* | Polyonyma *scripsi*] polionima *F* *KMV* palionima *I* 15 id est¹ *F* *KMV*] *om. I* | temporalis *IKM*] temporale *F* temporale aduerbium *V* 18 O... adverbium] *iter. I* | est adverbium *F* *IKV*] *tr. M* | uel indignandi] *tr. post* facies *F* 19 tempora *I* *KMV*] *om. F*

- admirandi uel indignandi est, proprie est interiectio, sed interiectio et aduerbium tantam habent inter se | affinitatem ut species unius species dicantur esse alterius. M108va
- XV.39 (89.12) 'QVANDO', 'OLIM', 'DVDVM', 'ALIQVANDO' idem significant, 'CITO', 'PROPE', 'CELERITER', 'ACTVTVM' VNAM habent SIGNIFICATIONEM. 5
- XV.39 (89.17) LICET TAMEN. Quamuis dixerim adiectiua nomina debere praeponi substantialibus et aduerbia uerbis, tamen licet tam haec, id est adiectiua nomina, quam illa aduerbia praepostere proferre, ut Virgilius in *Bucolicis* 'sic tua Cyrneas'. Hic dicit 'sic' esse similitudinis cum superius dixerit 'sic' esse iurandi in eodem uersu, sed nihil impedit. Potest enim eadem uox et iurandi et similitudinis esse quia solemus per similia saepe iuramentum facere. 10
- XV.40 (90.6) INTERIECTIONEM GRAECI etc. Quare interiectio coniunctioni ex ordine praeponatur, locus iste ostendit. Nam 15

Fontes 10 sic...Cyrneas] Verg. ecl. 9, 30

LP&T 10 Hic... 13 facere] Petr. Helias p. 805.73 : Et uide quod hic dicit 'sic' esse similitudinis inducendo illud Virgillii, 'Sic tua Cirneas etc.' cum superius dixerit 'sic' esse iurandi in eodem uersu. Potest enim eadem uox et iurandi et similitudinis esse quia solemus per similia semper iuramentum facere **15** Quare... 33,1 posuerint] cfr ND III ad loc. : Quia enim Graeci non accipiebant interiectionem partem per se, sed inter aduerbia numerabant, ideo nec ipse ita specialem tractatum de his facit, sed quasi in tractatu aduerbii ponit, non distinguendo aliquo titulo a superiori tractatu | Quare... 33,6 Thaidem] Petr. Helias p. 805.78 : Ideo autem preponit eam auctor coniunctioni quia interiectio tantam habet cum aduerbiis affinitatem ut Greci eam inter aduerbia posuerunt et etiam ideo quia interiectio habet in se uim uerbi. Interiectio enim sicut aduerbium uel adiungitur uerbis uel uerba ei subaudiuntur. Verbis adiungitur ut si dicam, 'Pape, miror quid uideo'; subauditur ei uerbum ut apud Terencium, 'Pape hec superat ipsam Thaidem'

Var. lect. 1 est¹ I M] om. F K tr. post quando V | interiectio I K MV] interiectionis F **3** dicantur... alterius I K MV] a. e. d. F **4** aliqquando idem F I MV] id est a. K **5** actvtvm F K MV] acutum I | post vnam] suam add. F K MV **6** significationem F I K V] assignationem M **9** illa aduerbia I K MV] tr. F **10** ut F K MV] om. I | Cyrneas] grineas F I K MV] | dicit F I M V] om. K **11** cum F I K V] dum M | dixerit F I K V] dixit M **12** sed F I K V] om. M **13** iurandi et I K MV] om. per hom. F | similia F K MV] aduerbia similitudinis I saepe I K MV] tr. post solemus F **15** etc F K MV] om. I **16** coniunctioni F K MV] coniunctionis I | iste I K MV] ipse F

V88vb interiectio tantam habet cum aduerbiis affinitatem ut Graeci
 eam inter aduerbia posuerint. HAEC enim | interiectio QVOQVE,
 sicut aduerbium, VEL ADIVNGITVR VERBIS, VEL VERBA EI
 SVBAVDIVNTVR. Verbis adiungitur, ut si dicam ‘papae miror
 5 quod uideo’. Quod uerba interiectioni subaudiatur exemplum
 non ponit quia illud facile est inuenire, ut Terentius ‘papae haec
 superat ipsam Thaidem’. Sequitur VEL PER SE ETIAM SI PAPAЕ,
 et est istud ‘uel’ subdisiunctiuum, quasi dicat, in praedicto
 10 exemplo ubi ‘papae’ uerbo adiungitur ipsius uerbi habet
 significationem, uel id est et ‘papae’ acceptum PER SE, nec dico
 ‘per se’ ut uerbum subaudiatur, sed ita dico ‘per se’ quod,
 etiamsi ‘miror’ istud uerbum non addatur, habet in se ipsius
 uerbi significationem. Sciendum quia interiectiones illis tantum
 uerbis adiunguntur quae naturales affectus ipsarum
 15 interiectionum quae eis adiunguntur significant, ut ‘papae’
 I214rb ‘miror’ adiungitur. Cur autem | ‘miror’ ‘papae’ huic
 interiectioni uel adiungatur uel subaudiatur, cum eiusdem sit
 significationis, quaestionem habere uidetur. Sed sciendum quia
 K72vb huiusmodi congeminationes ad | maiorem rei expressionem fieri
 20 solent, ut Lucanus ‘ille erit, ille, nocens’.

(XV.10 ; 91.1-2) | (90.8)

QVAE res, scilicet quod interiectiones in se ipsius uerbi
 habent significationem, quod alienum est ab aduerbiis, MAXIME
 FECIT etc. Interiectio tamen, non solum QVAM GRAECI DICVNT

XV.40 (90.9)

Fontes 6 papae...6 Thaidem] Ter. eun. 229-231 20 ille¹...nocens] Lucan.
 1, 203

Var. lect. 2 eam... aduerbia I KMV] inter aduerbia ea F | interiectio F KMV]
 coniunctio I 3 aduerbium F I KV] aduerbia M | adivngitvr F I K] adiunguntur
 M iungitur V | ei F I V] eis M K 5 exemplum F I KV] exempla M 7 ipsam F
 I KV] ipsa M | etiam si scripsi] etiam F I MV et K 8 subdisiunctiuum F KMV]
 subiunctiuum I 10 et F I] om. KMV 11 per se¹ I KM] om. F V 12 habet] tr.
 post significationem F | ipsius F KMV] istius I 13 illis F KMV] illius I
 14 adiunguntur I KMV] adiungantur F | naturales F KMV] naturaliter I
 15 significant I KV] significant F M 17 adiungatur F KMV] adiungitur I
 eiusdem I KMV] eius F | eiusdem sit F I KV] tr. M 18 quaestionem... uidetur
 I KMV] quaestio est F | quia F KMV] quod I 19 congeminationes I KV]
 geminationes F M 22 habent F I KM] habeant V 23 Interiectio...23 etc]
 interiectionem V | qvam F I M] quem K

σχετλιασμον SIGNIFICAT SED ETIAM VOCES etc. Dixit superius interiectiones in se affectum uerbi et significationem habere, et posuit in exemplum ‘papae’, quae est uox significatiua ad placitum. Inde quia putaret aliquis solas uoces ad placitum significantes hoc habere et ideo illas solas interiectiones esse, 5
 supponit INTERIECTIO TAMEN, quasi dicat, licet uox interiectionalis ad placitum significatiua in se affectum uerbi habeat, tamen illa uox interiectionalis non solummodo subauditur affectum uerbi quem Graeci dicunt σχετλιασμον 10
 significat, et etiam significant illum affectum uoces non inuentae ad placitum sed naturales, QVAE PER EXCLAMATIONEM interiaciuntur cogente PVLSV CVIVSCVMQVE PASSIONIS ANIMI, ut ‘ha’, ‘hei’ et similia. INTERIACIVNTVR dicit quasi inutiles apponuntur quantum ad orationem. Illis enim sublatis remanet perfectus sensus in oratione. 15

XV.40 (90.14)

HABENT IGITVR. Quia interiectio ad placitum significatiua et naturalem affectum uerbi significat, igitur cum affectus ille uerbi diuersus sit, interiectiones diuersas habent

LP&T 9 affectum... 12 similia] Petr. Helias p. 806.1 : Illud uero sciendum est quod non solum interiectio significatiua ad placitum ut ‘pape’ significat affectum quem Greci uocant σχετλιασμον sed etiam uoces significant illum affectum que non sunt inuente ad placitum sed naturaliter, que, scilicet, per exclamationem interiaciuntur, cogente pulsu cuiusque passionis animi ut ‘ha’, ‘hei’ et similia

Prisc. 12 interiaciuntur] intericiuntur *Prisc.* **13** hei] ei *Prisc.*

Var. lect. 1 uoces *F KM*] uocis *I* **2** interiectiones *F IKM*] interiectionem *V* **7** ad *F IV*] secundum *KM* | se *F KMV*] esse *I* | affectum uerbi *IKMV*] *tr. F* **8** uox interiectionalis *IKMV*] *tr. F* **10** significat *F IKV*] significare *M* | et *F I*] sed *KMV* | etiam *IKMV*] *om. F* | significant *IKM*] significat *F V* **11** inuentae *F IKV*] significatiue *M* | naturales *F KMV*] naturaliter *I* **12** interiaciuntur *F IK*] intericiuntur *M* interieciuntur *V* | cogente... 12 Interiaciuntur *IKMV* (interie- *V*)] *om. per hom. F* | *cvivscvmqve I*] cuiusque *KMV* **13** hei *IKV*] heu *M* | dicit *F IKV*] dixit *M* **15** perfectus sensus *IKMV*] *tr. F* **17** naturalem affectum *KMV*] naturales affectus *F* naturaliter affectum *I* significat *F V*] significant *IKM* **18** habent *F IKV*] habeat *M*

significationes. Inter has enim supradictas interiectiones ponunt
 etiam grammatici ILLITERATORVM SONITVVM IMITATIONES, ut
 imitatio risus est ‘ha’, ‘ha’, ‘he’, indignationis ‘phy’. Istae a
 supradictis naturalibus in hoc differunt quia illae nihil aliud sunt
 5 quam naturales soni literati, istae uero non sunt naturales soni
 litterati, sed imitationes illiteratorum sonituum. Cum enim
 I214va illiterati | soni sint, nec possunt scribi, et ideo pars orationis esse
 non ualeant, grammatici quasdam uoces illorum sonorum
 F53vb imitatorias, quae scribi possunt, adinuenerunt easque
 M108vb interiectioni, quae una est pars | orationis supposuerunt.

POSSVNT TAMEN. Istud ad superiora redit hoc modo,
 quamuis interiectiones ab aduerbiis superiori modo differant,
 POSSVNT TAMEN etc.

XV.41 (91.5)

OPTIME TAMEN. Dixi easdem uoces esse interiectiones et
 15 aduerbia, siue interiectiones et praepositiones. Inde Donatus eas
 optime discernit secundum accentus, quia aduerbia et
 praepositiones certos habent accentus. Quando uero sunt
 interiectiones, non habent, quod habes ubi dicit, OPTIME TAMEN
 DONATVS haec DOCVIT de accentibus earum interiectionum
 20 quod non sunt certi quippe cum non plane expressa uoce

XV.41 (91.20)

LP&T 1 Inter... 10 supposuerunt] Petr. Helias p. 807.9 : His autem
 interiectionibus connumerant quidam gramatici imitationes illiteratorum
 sonituum, ut imitatio risus ‘haha he’, indignationis ‘phi’. Differunt autem hee
 a supradictis naturalibus quoniam ille nil aliud sunt quam naturales soni
 litterati, iste uero non sunt naturales soni litterati sed imitationes illiteratorum
 sonituum quia non fiunt cum pronuntiatione litterali. Quamuis tamen illiterati
 sint soni nec scribi possint, et ideo recte pars orationis non ualeant esse uel
 dici, gramatici quasdam uoces illorum sonorum imitatorias adinuenerunt que
 scribi possunt eas que interiectioni que una pars orationis secundum Latinos
 quosdam est supposuerunt

Var. lect. 1 has enim] *tr. K* | enim *I KV*] *om. F* etiam *M 3* phy *KM*] phi *F I*
V | a...5 istae *F KMV*] *om. per hom. I 4* sunt *KMV*] significant *F*
6 sonituum *I KM*] sonorum *F sonuum V 7* sint *I K V*] *om. F M* | possunt *I*
KMV] *om. F* | pars *F KMV*] partes *I* | esse... 8 ualeant *F I M*] non possunt esse
K e. n. ualent V 8 illorum *I KMV*] litteratorum *F 9* post possunt] non
 possunt *add. M* | post adinuenerunt] inter interiectiones *add. M 10* est pars *I*
KV] *tr. F M 13* possunt *I KMV*] *om. F 14* tamen *F I KV*] *om. M 15* Inde *F*
KM] tamen *I V*] eas... 16 optime *I KM*] *tr. F V 18* habes *I KMV*] habemus *F*

proferantur, et inde non potest distingui in qua syllaba accentus
habeatur, cum ipsae syllabae non bene distinguantur, et pro
affectus commoti qualitate confunduntur in eis accentus.
Secundum hoc enim quod animus indignatione plus minusue
commouetur, interiectio ipsa modo acute, modo grauiter 5
profertur.

XV.41 (91.23) ALIAE TAMEN QVOQVE. Licet tantum dixerim tria genera
interiectionum, scilicet ad placitum significatiuas et naturales et
imitatorias, tamen restat | quartum genus, scilicet quod aliae V89ra
partes solent interiectiue proferri, singulae ut ‘infandum’, uel 10
plures ut ‘Deo gratias’, ‘benedicamus Domino’.

XV.41 (91.26) PROPRIE TAMEN. Quamuis dixerim ‘infandum’ et similia
interiectiones esse, tamen proprie uoces interiectionum
PRIMITIVAE SVNT, VT ‘PAPAE’ | ETC. I214vb
15

LP&T 7 Licet... 11 Domino] Petr. Helias p. 808.34 : Vide ergo quod tria
interiectionum genera posuit, scilicet, interiectiones significatiuas ad placitum,
et naturales que sunt soni litterati, et imitatorias.
Nunc uero addit quod alie partes interiectiue solent proferri uel singule ut
‘infandum’ uel plures ut ‘pro facinus’. Et uide quod antiqui putauerunt quod
‘Deo gratias’ totum hoc, scilicet, esset interiectio. Similiter ‘benedicamus
Domino’

Var. lect. 1 proferantur *F I KV*] proferuntur *M* | et inde *I*] et ideo *F KV* ut ideo
M 3 affectus *F KMV*] effectus *I* | commoti *F KMV*] et moti *I* | confunduntur *F
KMV*] confundantur *I 4* indignatione *I KMV*] *om. F 5* ipsa... acute *KM*] i. a.
m. *F* ipse m. a. *I m. i. a. V 7* qvoqve *F MV*] quandoque *IK* | tantum *F I KV*]
om. M 9 quartum *F KMV*] quoddam *I 10* singulae *F I MV*] *om. K
12* Proprie tamen *I*] *om. F KMV*